EMMANVE-LIS ALVARI E SO-CIETATE IESV, GRAM-MATICARVM INSTI-TUTIONUM

Liber Secundus.

DE CONSTRUCTIONE octo partium orationis.

16 

30

NISSÆ,
Imprimebat IOHANNES SCHU-BART.

Anno
M DC. XXX.

DEOC
VM ORA
STR
LIBE
QVID
ET IN
DI

S

tè scripserunt.
Transitiva, cur
in casum dissim
Cic. ad Att. lib.
habet: altera
partes aut nullu
idem ad Q. Frat
discunt, diliger
diversum ab ec
Pax est tranquill
stam, & Figura
suis numeris pe

DE OCTO PARTIUM ORATIONIS CONSTRUCTIONE

LIBER SECUNDUS.

QUID SIT SYNTAXIS, ET IN QUOT PARTES DISTRIBUATUR.

SYNTAXIS GRÆCE latinè constructio, est recta partium orationis inter se compositio. Porro recta compositio ea censenda est, qua usi sunt autores, qui purè & emendatè scripserunt. HÆC duplex est, altera Transitiva, cum partes nimirum orationis in casum dissimilem præcedenti transeunt. *Cic. ad Att. lib. 2. Pompejus amat nos, carosq; habet:* altera Intransitiva, cum orationis partes aut nullum post se casum habent: *idem ad Q. Frat. lib. 3. Valent pueri, studiosè discunt, diligenter docentur:* aut certè non diversum ab eo, qui antecessit: *idem Phil. 3 Pax est tranquilla libertas.* VTRAQVE in lustam, & Figuratam dividitur: illa omnibus suis numeris perfecta, atq; expleta est: *idem*

Distributio Syntaxeos.
I.
II.

Lentulo lib. 1. Ego omni officio, ac potius pietate, erga te, cæteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio: in hac, ut plena sit, nonnihil desideratur: *idem ad Att lib. 15. Ego, si Tyro ad me, cogito in Tusculanum, quæ omnibus suis numeris absoluta erit si duo verba addas hoc modo, Ego, si Tyro ad me venerit, cogito in Tusculanum proficisci:* aut mutatur aliquid, *ut justa efficiatur. Idem ad eundem lib. 13. Quam turpis est assentatio, quam vivere ipsum turpe sit nobis. Si vita ipsa, dixisset, Justa erat. De Figurata compositus postremo loco dicendum est Nunc à justa, eaq; Intransitiva, quòd facilior, expeditiorq; sit, initium faciemus. Ad quam antequam aggredior, illud etiam atq; etiam eos rogatos velim, qui hunc libellum sunt lecturi, ut ne ægrè ferant, si Syntaxeos præcepta pluribus interdum illustrata exemplis offenderint: neq; enim casu, aut temerè, sed consultò & cogitatò id factum est. Nam cum Grammaticæ præceptiones aridæ, jejunæ, & insulsæ ipsæ per se sint, nisi veterum scriptorum nitore & elegantia condiantur, brevi domestica barbarie Latinæ linguæ rudes infuscabunt.*

DE CONSTRUCTIONE INTRANSITIVA.

Verbum

VErbum personale finiti modi antecedit Nominativus apertè vel occultè, ejusdem numeri & personæ.

Cicero, Si vales, bene est, ego quidem valeo. Terentius in Eunuch. Quis hic loquitur? Idem ibidem, Quid stamus, cur non imus hinc?

Lib. 14.

Impersonalia antecedit Nominativus.

ETSI verba, quæ Impersonalia vocantur, ferè antecedit nominandi casus apertè vel occultè, ut suis locis planum faciemus: satius tamen visum est à vulgari, & communi præceptione non discedere, atq; in re non ita magni momenti connivere, quàm stomachum iis movere. in quorum animis, vetus opinio tam olim penitus insedisset. Quanquam si quis hæc ad vivum resecare velit, nonnulla procul dubio verba reperiet, quæ nullum prorsus ante se casum habeant. VARRO lib. 3. de analog verba impersonalia appellat declinationum species, quæ habent tempora sine personis, quas species ait esse quatuor, ROGANDI, ut seriturne? & seceturne? RESPONDENDI, eadem figura fieri, extremis syllabis demptis. OPTANDI, ut vivatur, ametur, viveretur, amaretur. IMPERANDI, & cætera, qui Varronis locus locupletissimus testis est, etiam Ciceronis ætate fuisse cognita verba, quæ posteri impersonalia nominárunt. Gellius lib. 15. cap. 13. more nostro locutus est, Veritum, inquit, sicut Puditum, Pigitum, non personaliter per

Species impersonaliũ.

Impersonalium antiquitas.

infinitum modum dictum esse, non à vetustioribus tantum videmus, sed à M. quoque Tullio in 2 de Fin. Primum, inquit, Aristippi, Cyrenaicorumq; omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quæ maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere. Hæc ideo attulimus, ut intelligeremus non esse hoc verbum genus à junioribus Grammaticis confictum, Qui impersonalia de medio sustulerunt, non satis eorum naturam vimq; vocabuli videntur perspexisse. NON *enim ita impersonalia appellantur, ut in, præpositio privationem nominativi personæ, ut vocant, agentis, vel patientis declaret, ut vulgò persuasum est, sed ideo impersonalia sive species declinationum, quæ habent tempora, sine personis à Varrone dicuntur, propterea quòd privantur præcipuis personis, hoc est prima, & secunda: atq; ita se rem habere ex eodem Varrone suo loco apertissimè demonstrabimus. Qua de re hoc loco ne verbum quidem faciat præceptor, qui suis auditoribus consultum volet. Agentis & Patientis voces, quas pleriq; huic præcepto addunt, consultò prætermisimus, tum quòd parum faciant ad eius cognitionem, tum vel maximè, ne cui ansam præberemus philosophandi, non sine temporis jactura, & puerorum cruciatu.*

Cur impersonalia dicantur.

APPENDIX.

PRima, & secunda persona ferè non expli-

explicantur, nisi cùm diversa studia significamus.

Autor ad Herennium, Ego capitis mei periculo patriam liberavi, vos liberi sine periculo esse non curatis?

Aut cum plus significamus, quàm dicimus.

Idem, Tu istud ausus es dicere? *Cicero in Verrem*, Tu innocentior, quàm Metellus? Ibidem l. 5.

Tu, plus significat, quam verbum ipsum per se declarat.

Hic, *ne aut discretionis, aut emphasis nomine terreantur tyrones, rem teneant, vocabula discent suo tempore.* Admoneantur *sæpenumerò, ne tertio quoque verbo, ut fit, Ego, Tu, Nos Vos, non sine nausea effutiant. Alijs præterea de causis explicantur hæ personæ, quas veterum scriptis legendis, usus optimus magister docebit.*

II. APPENDIX.

VErbum infinitum interdum partes nominativi agit.

Cic. in Oratore, Oportere, perfectionem declarat officij. *Terentius in Heautontimorumeno*. Non est mentiri meum.

Item verbum cum suo casu.

Lib. 7. Lib. Epi. ad Brutum. *Cicero ad Marium*, Vacare culpa, magnum est solatium. *Brutus ad Att.* Dolet mihi quod tu non stomacharis.

Membrum orationis pro Nominativo, cum verbis certis

I. VERBA Apparet, Fallit, Fugit, Præterit, Latet interdum loco nominativi membrum orationis habent. *Cic. 2. Phil. Non dissimulat P. C. apparet esse commotum, sudat, pallet Idem in Bruto: Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum, apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris. Idem ad Attic. lib. 12. Approbat illas litteras non illius esse. Idem in Oratore Quem quæso nostrum fefellit, ita vos esse facturos? Livius 1. bell. Maced. Non fefellit Achæos, quò spectasset tam benigna pollicitatio. Cic. ad Att lib. 7. De Dionysio fugit me ad te antea scribere. Idem ad Silium libro 13. Non me præterit nos eam Ephesi expertos esse. Plin. lib 2 cap. 20. Latet plerosq; magna cæli affectatione compertum à principibus doctrinæ viris, superiorum trium syderum ignes esse.*

II. IDEM accidit nonnunquam verbis Passivis. *Cic. de Amic. Tarquinium dixisse fertur, tum cùm exul esset se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosq; infidos. Idem 5. Tusc. Ex quibus bonorum beatam esse vitam concluditur. Plin. lib. 8. cap. 32. Qualem fuisse traditur Q. Sertorij cervam.*

III. QUOD idem verbo videtur,

tur,

gr usu venit: modò apertè. *Cic. 5. Tusc. Non ahi videtur ad beatè vivendum satis posse virtem*: modò obscurè, *Idem ad Atticum b. 12. Velim aliquando, cum erit tuum commoum, puerum Lentulum invisas, eiq; de mancipis, quæ tibi videtur, attribuas: deest enim, tribuenda esse. Ad eundem ibidem, Quod entulum invisis, vald. gratum, pueros attribue quot, & quos videbitur, deest attribuendos se. Plura ejusdem exempla adjungam, quæ Buæus in Comment. Lingvæ Græcæ affert. Pro Rab. osth. Fit S.C. ut C. Marius, L. Valerius COSS. dhiberent Tribunos plebis, & Prætores, quos ipsis ideretur. Idem in Frumentaria. Consulibus enatus permisit, ut vini, & olei decumas, quas nte vendere in Sicilia Quæstores consuessent, omæ venderent, legemquè his rebus, quam ipsis ideretur, edicerent. Cæsar lib 4 de bell. Gal. Ad hæc quæ visum est, Cæsar respondit, lege Buæum si voles plura.*

III. APPENDIX.

VOcales copulatæ sæpe verbum plurale desiderant.

Cic. ad Att. Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius. Lib. 12.

Nonnunquam omittitur conjunctio.

Lib. 12 *Idem ad Q. F.* Frons oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio verò sæpissimè.

Voces copulatæ. VOCES *copulatas appellamus, conjunctionibus copulativis vinctas. Hic nulla facienda est mentio syllepseos, aut zeugmatis, nec ægrè ferat magister bene docendi studiosus, si tenelli auditores figurarum nomina ignorent, dummodo rem ipsam teneant.*

Vocibus copulatis singulare tribuitur. SUNT, *qui non audeant vocibus copulatis verbum singulare attribuere: cum M. Tullius aliiq; idonei autores quàm frequentissimè ita loquantur, maximè ubi de rebus inanimis est sermo. Cic. pro C. Rab. Virtus & honestas, & pudor cum Consulibus esse cogebat. Idem de Senect. Mens enim, & ratio, & consilium, in senibus est. Idem ad Q. Fr lib. 3. Me jam & mare istuc solicitat. Idem ad Octavium, Nisi fortè eos appello, quorum aures, atq; animus à nobis abhorret. Idem ad Att. lib. 12. Mihi & res & conditio placet. Idem ad Pompejum lib. 5. Scribam apertè, sicut & mea natura, & amicitia postulat. Idem pro Quinct. Non eò dico C. Aquilli quo mihi veniat in dubium tua fides & constantia. Idem ad Att. lib. 7. Dionysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piræa. Idem ad eundem lib. 16. Egit pater & filius, ut tibi sponderem, Idem pro domo sua: Ubi enim tuleras, ut aqua & igni mihi interdiceretur? Idem ad Curionem lib. 2. Dux nobis, & autor opus est. O-*

mitto

mitto plura ejusdem testimonia. Cæsar lib. 1. bell. Gall. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona Sequana dividit. Salust. in Cat. Libertas & anima nostra in dubio est. Ibid. Ne ista vobis mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam convertetur. Ibidem, Dispositis præsidijs uti res atq; tempus monebat. Livius 1. ab Urb. Tum ætas viresq;, tum avita gloria animum solicitabat. Varro 1. de analog. Consul fuit Tullius & Antonius. Quint lib. 6. cap. 1. Affert in ijs momentum & ætas, & sexus & pignora. Plin. lib. 9. cap. 50 Piscium lupus & trichias bis anno parit. Sueton. in Claud. cap. 30. Authoritas dignitasq; formæ non defuit stanti, vel sedenti. Curtius lib. 8. Persarum te vestis & disciplina delectat. Poetæ etiam verbo plurali aliquando intercedente præpositione, Cum, *Virg. 1 Æn. Remo cum fratre Quirinus jura dabunt.* Oratores singulari. *Cic ad Q. Fr. lib. 3. Domitius cum Messala certus esse videbatur. Idem 1. Catilin. Occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Idem ad Atticum 1. Tu ipse cum Sexto, scire velim, quid cogites.*

Poetarum copula.

IV. APPENDIX.

VErbum plurale nobiliorem personam sequitur. Prima nobilior est quàm secunda & tertia: Secunda tertiæ anteponitur.

Cicero

Lib. 14. *Cic. ad Terentium.* Si tu & Tullia lux nostra valeris: ego & suavissimus Cicero valemus.

Hic *utuntur interdum oratores numero singulari, sed rarius, Cic. pro Rab. Nam cum existerent nonnulla, sed per pauca tamen sententiæ, quæ censerent, ut Tribuni, ut præfecti, ut comites omnes magistratuum hac lege tenerentur, vos, vos inquam ipsi & senatus frequens restitit. Idem in Salust. Qui mihi dies, si cum reliqua vita referatur, animo quidem meo superet. cum universi vos, populusq́ Romanus frequens adventu meo gratulatus est.*

Nota. POETÆ etiam intercedente præpositione, Cum, verbum multitudinis præstantiori personæ reddunt. Virgil. 2. Æneid

-- divellimur inde Iphitus, & Pelias mecum.

Oratores vero verbum nominativo reddunt nulla habita ratione ablativi. *Cic. ad Att. lib. 3. Atq́ utinam jam ante vidisses, nec totum animum tuum mærori mecum dedisses. Quod idem & poetæ faciunt.* Horat. in arte poet:

Tu quid ego, & populus mecum desideret, audi,

Ovid. 1. Fast.

Tu quoque cum Druso præmia fratre feres.

VErbum personale infiniti modi postulat ante se accusandi casum.

Lib. 15. *Cic. ad Att.* Hunc quidem nimbum cito transiisse lætor. *Ter. in Adelphis*, Salvum te advenire gaudemus.

DE

DE ADIECTIVIS ET SUBSTANTIVIS.

NOmina Adjectiva, Pronomina, & Participia, cohærent cum suis substantivis genere, numero & casu.

Cic. in Verrem, Erat hyems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. *Terent: in Eunuch.* Ille bonus vir nusquam apparet. *Curtius*, Parva sæpe scintilla contempta, magnum excitavit incendium.

Lib. 6.

Lib. 6.

PARTICIPIA Factus, Creditus, Dictus, Dicendus, Visus, Appellatus, & cætera ejusdem generis, si inter duo substantiva ponantur, non continuò cum præcedente consentient. *Quis enim sic audeat loqui? Reip: pestis à Cicerone appellata est Antonius. Furiam à M. Tullio, ajunt dictam Clodium.* Nec itidem si post utrumq; collocemur, cum alterutro consentire poterunt, *nisi quis existimet (ne à præpositis exemplis recedamus) benè Latinè dici, Reipub. pestis à Cicerone Antonius appellata est. Quid igitur observandum?* EGO si existimo, habendam esse rationem, quod ad constructionem attinet, non collocationis verborum, sed ipsarum rerum: *ut enim permutatis verbis non mutatur sensus, ita nec constructionis ratio. Itaq; quocunq; modo disponantur*

Participia inter duo substantiva posita.

tur substantiva, eadem erit constructio. Antonius à Cicerone appellatus est Reip. pestis, hic e[ius] rerum simplex ordo. Commuta, versa, ut libet substantiva muta quadrata rotundis: Antonius & participium Appellatus semper cohærebunt. Liv. lib. 6. bell. Mac. Ludiq; ob dedicationem facti, quos primos scenicos fuisse Valerius Antias auctor est, Megalesia appellatos. Idem lib. 8. bell. Pun. Cære porcus biceps, & idem magnus, idemq; fœmina natus erat, Plin. lib. 3. cap. 5 Dein Puteoli colonia Dicæarchia dicti. Ibidem, Oppidum Pæstum Græcis Posidonia appellatum. Justin. lib. 1. de Semiramide, Sic inquit, primis initiis sexum mentita, puer credita est. NON me fugit interim probatos scriptores aliter locutus fuisse: sed tunc figurata est constructio, quos ita imitabimur, ut ab eorum vestigiis ne digitum quidem discedamus, nisi volumus in solœcismum, aut eius speciem incidere. Cic. de Divin. O delirationem incredibilem: non enim omnis error stultitia dicenda est.

Terent in Phorm.

-- nunquam æque, inquit, ac modo.
Paupertas mihi onus visum est, & miserum & grave.

Liv. 1. ab Vrb. Gens universa Veneti appellati. Idem lib. 9. bell. Pun. Populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectisterniumq; & ludi fuêre Megalesia appellata. ILLA nescio quid absente nobis domi turbatum est: Triste lupus stabulis. Dulce satis humor: & quæ sunt ejus-

dem

*m generis, ad figuratam constructionem, vel pô-
us Hellenismum spectant, quare reserventur suis
cis.*

APPENDIX.

Vbstantiva conjuncta ferè adjectivum multitudinis requirunt.

Livius Hippocrates, & Epicides nati Carhagine, sed oriundi ab Syracusis. Bell.Pun. 4.

Quòd si adjectivum singularis sit numeri, cùm vitinore substantivo genere umero, & casu consentient.

Cic. de petitione Consulatus, Multorum arogantia, multorum contumacia, multorum perbia, multorum odia, ac molestia perfenda est. *Ter. in Eunuch.* Viden' otium, & cis quid faciat alienus?

CONIUNCTA *appellamus substantiva, uæ connexiva conjunctione colligata sunt, sic aulus Jureconsultus lib. 50. Pand. de Verborum gnificatione. Oratio, inquit, quæ neq; conjunionem, neq; disjunctionem habet, ex mente ronuntiantis vel disjuncta, vel conjuncta accitur. Idem ibid. Sæpe ita comparatum est, ut & njuncta pro disjunctis accipiantur, & disjuna pro conjunctis.* NONNUNQUAM singulare adjectivum, & pluribus substantivis dditur, ita tamen ut cum vitiniore cohæeat, *Cic. de univers. Nox igitur, & dies ad hunc modum*

Substantiva conjuncta quæ.

modum, & ob has generata causas unum circui tum orbis efficit, *Idem in Pisonem, Lex Elia, & Fusia eversa est, propugnacula, muriq; tranquil litatis, & otij.* POETÆ substantivis præposi tione, Cum, copulatis, plurale adjungunt suo jure. *Ovid. 2. Metam. Sors eadem Ismarios He brum cum Strymone siccat.*

II. APPENDIX.

ADjectivum plurale præstantius ge nus sibi vendicat. Virile præstanti us est muliebri, & neutro.

Bell: Maced 7. *Ter in Andria,* Domus, uxor, liberi invent invito patre *Livius,* Decem ingenui, decem virgines patrimi omnes, matrimiq; adhibiti

Ab Vrbe 1. *Idē,* Consilia, populi, exercitus vocati *Virg.*

ÆEneid. 7. Cæsosq; reportant

Almonem puerum, fœdatiq; ora Galesi.

Neutrum muliebre præfertur, præ cipuè cum de rebus inanimatis ser mo est.

In Catil. *Salustius,* His genus, ætas, eloquentia prop

Ibidem. paria fuêre. *Idem,* Divitiæ, decus, gloria i oculis sita sunt.

ADIECTIVUM fœmininum interdum respon det viciniori substantivo pluralis numeri *Liv. 7. bell. maced. Hoc S. C. literæq; à Sp. Posthu mio prætore in Hetruriam missæ sunt. Lucanus ta men lib. (si locus non est vitiosus) aliter locutus est*

--mensu

--- *mensuraq; juris*
Vis erat, hinc leges, & plebiscita coacta.

Quo exemplo quidam adducti arbitrati sunt neutro generi in universum, fœmininum præstare: Alij verò tum demum muliebre neutrali anteponunt, cum de rebus animatis agitur, ut Lucretia & ejus mancipium sunt castæ: alij paulò pressiùs docent, nimirum id fieri (si tamen unquam reperiatur) cùm participium adhibetur, ut allocutus sum matres vestras, earumq; mancipia vestri desiderio flagrantes. Sed cùm veterum testimonijs id minimè doceant, resq; in dubio sit, tutiùs fuerit circuitione uti hoc modo, Lucretia castissima fuit, qua virtute etiam ejus mancipium floruit, aut ornatum fuit, aut quid simile. Liv. l. 8. ab Urb. figuratè masculino usus est. Latium (inquit) Capuaq; agro multati: non enim ad vocem sed ad intellectum retulit, hoc est, Latini & Campani. Vide Budæum in comment. linguæ græcæ.

Neutro generi, num fœmininũ præstet, cõtroversum est.

POETÆ suo more etiam intercedente præpositione, Cum, numerum multitudinis, generisq; præstantiam amant. *Ovidius 3. Fastor.*

Ilia cum Lauso de Numitore sati.

III. APPENDIX.

CVm substantivis rerum inanimatarum plerumque jungitur neutrum multitudinis.

Bell.Mac.7. *Liv.* Ira & Avaritia imperio potentiora erant.
Bell.Mac.5. *Idem, Formis portam, murumq; de cœlo tacta nun-*
Ab Vrb.1. *ciatū est. Idem, Iam ludi, latinæq; instauratæ erā.*

NE *fortè suspiceris apud historicos tantùm reperiri hoc genus loquendi, unum atq; alterum locum ex Cicerone afferam 1. de Offi. Quæ similitudinem natura, ratioq; ab oculis transferens, multi etiam magis pulchritudinem, constantiam ordinis in consilijs, factisq; conservanda putat. Idem 5 Tusc. Quamobrem cùm sessiones, & flexi fractiq; motus, qualet protervorum hominum esse solent contra naturam sint, ita è contrario moderati habitus affectiones, usq; corporis apta esse ad naturam videntur.* CVM post neutra, masculina multitudinis ponuntur. solet Cicero cum masculinis jungere adjectivum. *In Catil. 4. Video P. C. in me omnium vestrum ora, atq; oculos esse conversos Idem Som. Scip. Consilia cœtusq; hominum jure sociati, quæ civitates appellantur.* IDEM *ad Att. l. 1. fœminino plurali viciniori, reddidit adjectivum Nobis inter nos nostra sive incommoda, sive vicia. sive injurias esse tolerandas. Prætermitto illud Solini c. 43. Polypus, & Chamæleon glabra sunt. Nam hic autor non omnibus facit satis. Quo pacto Plin. l. 9. c. 28. videtur locutus : Mollia sunt Loligo, Sepia, Polypus, & cætera ejus generis nisi mollia subaudias genera, dixerat enim : Sunt autem tria genera in primis, quæ mollia appellantur.* IN HIS *neutrum jungitur cum masculinis*

linis

nis rerum animatarum, quod mox in relativis idebis. SERVATUR interdum simplex conructionis ratio Quintil. lib. 1. cap. 10. Tranamus id quoque, quod Grammatice quondam, c Musice junctæ fuerunt. Justin. lib. 9. Misericordia & perfidia in eo pari jure dilecta.

Cũ masculinis rerum animatarũ neutrũ multitudinis jũgitur.

RELATIVA.

Relativum Qui, Quæ, Quod, concordat cum antecedente in genere & numero.

Cic. ad Tir. Nemo nos amat, qui te non diligat. Lib. 16.
Idem ad Terent. Accepi ab Aristoerito tres epistolas, quas lacrymis propè delevi. Lib. 14.
Idem ad Att. O te ferreum qui illius periculis on moveris. Lib. 3.

Item pronomina Hic, Iste, Ille, Ipse, s, & Idem, cum fiunt relativa.

Idem ad Att. Eunti mihi Antium, venit, obiam tuus puer: is mihi literas abs te, & commentarium consulatus mei græcè scriptum. eddidit. Lib. 2.

Si plura antecedant substantiva conjunctionibus ligata, idem observandum est in elativis, quod paulò antè de adjectivis dictum est. Cic. 1 Offic. Propter summam, & doctoris autoritatem, & urbis quorum alter te scienia augere potest, altera exemplis.

Idem ad Q. Cæcil. l. 3 ad Att. Sed tibi venire in mentem certò scio quæ vita esset nostra, quæ suavitas, quæ dignitas ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. Idem 2. Philip. Repetebant præterea Deos penates patrios, aras, focos, larem suum familiarem, in quæ tu invaseras. INTERDUM redditur relativum viciniori substantivo. *Idem in Pisonem. Mihi non venerat in mentem, furorem & insaniam optare vobis, in quam incidistis. Liv 7. bell. Maced. Oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisidiam vergunt.*

Relativum neutrũ cum masculinis & fœmininis rerũ animatarũ.

CÆSAR *masculinis, in fœminino rerum animatarum, Relativum neutrum reddidit. 5. bell. Gall. Leporem, & gallinam & anserem gustare fas non putant, hæc tamen alunt animi voluptatisq; causa, ubi non speciem, sed genus Animal respexit. Hæc tamen animalia alunt.* QUIDAM *personam addunt, in qua etiam relativum cum antecedente consentiat: negant alij addendum, quòd nullam certam personam includat provocabulum, sive relativum, unde à veteribus infinitum pronomen appellatum sit: qua de re suprà in Rudimentis satis dictum est. Hæc & ejusdem generis quæstionibus prætermissis, multis propositis exemplis exerceantur pueri quàm studiosissimè, nullusq; prætermittatur dies, quin aliquid latinè scribant: Ita enim fiet, ut brevi magnos faciant progressus. Assuescant deniq; potius emendatè loqui & scribere, quarè probarè disputare.*

are. *Illæ verò concertationes, in quibus de limanda oratione, de orthographia, de notandis itijs agitur, maximè sunt utiles: nam & animos excitant, alacriores reddunt, & ingenia aunt.* ILLUD *Plinij lib. 8. c. 35. Nube gravida andidante, quod vocant tempestatem albam, rando imminebit: & alia id genus figuratæ onstructioni reservavimus.* ILLUD *penè me fugerat,* Orationis membrum interim vice ntecedentis ponis idq; in neutro genere. *Cic. ad Att. Pompejus, quod mihi summo dolori st, ipse se afflexit. Idem pro Cornelio Unum bijcitur, natum esse Gadibus, quod nemo negat.* SVI & SVVS *quidam ijs relativis, quæ posuimus. Addunt, sed cùm sint reciproca, in suum locum differantur.*

Membrum orationis in neutro genere, vice antecedentis.

APPENDIX.

RElativum Qui, Quæ, Quod, cùm antecedenti præponitur, cum eodem genere, numero, & casu perquàm venustè cohæret.

Cicero pro Sylla, Quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi. *Idem ad Atticum Quos cum Mario pueros & Trebatio miseram, epistolam mihi attulerunt. Idem in prima Tusculana, Quam quisque artem norit, in hac se exerceat. Idem ad Atticum, quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio coram videbimus*

Lib. 9.

Lib. 13.

Antecedens in oratione plena, præit & subit relativum.

IN oratione plena omnibusq; suas numeris a[...]
luta, antecedens nomen & præit, & subit re[...]
tivum. Cic ad Quint. Fr: l. 3. Diem scito [...]
nullum, quo die non dicam pro reo. Idem pro R[...]
perduel. reo, Sed tu causam suscepisti, antiqu[...]
rem memoria tua, quæ causa antè mortua e[...]
quam tu natus esses. Autor ad Herenn. l. 1. O[...]
toris officium est, de his rebus posse dicere, quæ [...]
usum civilem, &c. Cæsar l. 1. Bell. Gall. Erant om[...]
no itinera duo, quibus itineribus domo exire p[...]
set. In his exemplis atq; alijs, quibus, ne long[...]
sim, supersedeo, Antecedens non modo præcedi[...]

Discrimen inter præcedens & sequens substantivum.

sed etiam sequitur relativum: Hoc tamen in[...]
ter prius & posterius interest, quòd illud numer[...]
& genere cum Relativo consentit: hoc verò ge[...]
nere, numero, & casu. Præterea hoc quàm sæ[...]
pissimè omittitur: illud rariùs, atq; ea lege, u[...]
alterum necessariò maneat. Cic. ad Att. lib. 13
Ad Cæsarem quàm misi epistolam, exemplum ejus
fugit me tum tibi mittere. Nam plena oratio
est, exemplum ejus epistolæ, quam epistolam mi-
si ad Cæsarem, fugit me tum tibi mittere. Liv.
l. 9. dec. 4. Quem ceperant exules, montem her-
bidus, aquosusq; est: Justa oratio est, Mons quem
montem ceperant exules, herbidus, aquosusq;
est. POTEST & per interrogandi & dandi ca-
sus, genus hoc dicendi efferri, ita tamen ut in-
ter Relativum & Antecedens aliquid interpo-
natur ut, Quarum Plato artium fuit peritissi-

nus

ius, sum ipse penitus ignarus. Quibus operam *es disciplinis diligentissimè, frater tuus pro n*, *ilo ducit.* NONNUNQUAM *in hoc loquendi* *enere verborum ordo perturbatur, atq; sit ora* *io durior: ponam unum exemplum, quo res fiat* *lanior, Vrbs quam urbem statuo, vestra est: O*- *atio est plena atq; justa: aufer antecedens,* *uod praeit Relativum sic, Quam urbem statuo,* *estra est: pereleganter es locutus. Inverte ver*- *a sic, Vrbem quam statuo vestra est: paulò du*- *ius locutus es, latinè tamen. Itaq; in hac & si*- *nilibus locutionibus non ponitur casus pro casu,* *ed invertitur perturbaturq́; verborum ordo. Sed* *e his in figurata constructione.*

Praepostato ordo verborum.

QVod si inter duo substantiva ponatur, cum alterutro consentire poterit, etiamsi alterum proprium sit.

Relativum cum alterutro convenire potest.

Salust. Est locutus in carcere, quod Tullianum appellatur. *Curtius, Darius ad eum locum, quem Amanicas Pylas vocant, pervenit.*

Catil. Lib. 3.

PROPRIUM *substantivum non rapit ad se relativum, ut quidam arbitrantur. Cicero de Nat. Proprius à terra Jovis stella fertur, quae Phaëton dicitur. Livius lib. 6. bell. Maced. Herculi sacrificium fecit in loco, quem Pyram, quod ibi mortale corpus ejus sit crematum, appellant.*

II. APPENDIX.

QVantus, Qualis, & cætera id genus nomina cum relativa fiunt, non cũ antecedente, sed cum consequente substantivo, genere, numero, & casu consentiunt.

Lib. 10. *Cic. ad Cass.* Dixi de te quæ potui, tanta contentione quantum forum est. *Idem in Bruto, Utinam in Tiberio Graccho Cajoq; Carbone talis mens ad rempub. bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit.*

Relativa accidentis. DECEM *sunt, quæ relativa accidentis vocant Quantus, Qualis, Quot, Quotus, Quoteni, Quotuplus, Quotuplex, Quotennis, Cujus, cuja, cujum, Cujas quorum exceptis primis duobus ferè, quod ad rem attinet, nullus est usus. Quare puto hæc dissimilia esse; quorum enim miseri pueri sine causa cruciabuntur? nolim hic nimium sollicitum præceptorem de vocabulorum ratione, cur hæc accidentis illa die quibus suprà diximus, substantia vocentur, Nisi verò etiam Categoriæ Aristotelis sint explicandæ. Sint itaq; contenti adolescentes syntaxeos cognitione; substantiam & accidens reliquant Dialecticis. Aut certè uno verbo explicentur: substantiæ vocari relativa, quod nomina substantiva referant, accidentis verò, quod adjectiva.*

Relativa diversitatis. Quatuor illa, Alter, Alius, Reliquus, Cætera, cæterum. quæ

quæ diversitatis relativa quidam appellant, alij verò *in partitivis nominibus adnumerant, ejusdem sunt ingenij, nam neglecto anteceden- te consequens amplectuntur, ut Pueri ingenui verecundiam amant : cæteraq; animi orna- menta.*

III. APPENDIX.

NOMINATIVO, ET VERBO; ADIECTIVO ET SUBSTANTIVO: Relativo & Antecedenti, communis.

Nominativus, & verbum, adjectivum & substantivum; relativum & antecedens, interdum, maximè apud historicos & poëtas sensu, & significatione consentiunt, quamvis voce discrepent.

Virg. Pars in frustra secans, verubusq; trementia figunt. *Liv. Pars in juveniles lusus dissipati pars vescentes sub umbra, quidam somno etiam strati. Terent. in Andria. Ubi illic scelus, qui me perdidit.* AEn. 1. Bell. Maced. 7.

In *constructione propriè spectantur voces : aliquando tamen scriptores potius significationis, & sensus rationem habentes, quam vocum, diversos numeros atq; genera conjungunt, verbi causa: Pars in frustra secant. Pars, singularis* In cõstructione non tã voces quàm quandoq. spectatur.

est numeri, si vocem spectes, at pluralis, si significationem: nam, Pars, aliquot significat ex Trojanis merito igitur ei datum est verbum multitudinis, Secant. Item pars generis est foeminini, si vocem attendas: si vero sensum, ac significationem consideres, sæpe masculini est generis, *Pars in juveniles lusus versi.* Idem 1. ab Urbe. *Maxima pars, ut antè dictum est, ab equitibus in flumen acti: siquidem, Pars, milites significat in juveniles lusus versos, & in flumen actos.* Idem 2. ab Urbe, *Cætera multitudo sorte decimus quisq; ad supplicium lecti.* Scelus eodem modo, & Senium, cum masculinis adjectivis, aut relativis adjunguntur, scelestum, & senem significant. Terent. in Eunch.

Ut illum dij deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est.

DENIQVE hujus loci sunt nomina, quæ numero singulari multitudinem significant, ut turca populus. Ovidius 2. Fast.

Thura ferant, placentq; novum pia turba Quirinum.

Et patrias aras mi litamq; colant.

Terent. in prol. Hecyræ. *-- populus convolat.*

Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.

PRÆTEREA nonnulla partitiva, cujusmodi sunt: Quisq; Vterq; Neuter, Vter, Alter, Alius Aliquis. *Livius 1. ab Vrbe, Pro se quisq; scelus regium, ac vim queruntur.*

Idem

idem 2. Missi confestim honoratissimus quisq; ex atribus. Plaut. in Amph. Uterq; deluduntur. dem, Menæch.
lter meruistis culpam. *Idem ibidem.*
-- quoties tandem edixi tibi,
lt caveres, neuter ad me iretis cum querimonia?
Plini. lib. 2. c. 30. de formicis agens, Ex diverso onvehunt altera alterius ignara. Virg. 2. Æneid.
Ascaniumq; patremq; meum juxtaq; Creusam,
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam
Salustius in Catil. Inertia & mollitia animi lius alium exspectantes cunctamini. Curt. lib. . Nisi metuò essemus miseri, olim alius alij po- uissemus esse fastidio. Terent. in Adelph. Ape- ite aliquis actutum ostium. Donatus in hunc l- scribit: Aliquis vim habet pluralem, quam- is singulariter dicatur: non enim est aliquis isi de multis Huc etiam spectant vocabu- a, quæ positione quidem unius sunt generis ignificatione vero alterius, *ut jam diximus: uale est & illud Curtij l. 4. Duo millia in qui- us occidendi defecerat rabies, crucibus affixi er ingens littoris spatium pependerunt, & simi- ia, quæ apud historicos leguntur.*

HOC GENUS *loquendi rarum est apud Ora- ores. Cic. 3 de Finib. Quod cùm accidisset, t alter alterum nec opinato videremus, surre- it statim.*

Quin-

Quintilianus 6. declam. Cùm pater, filiusq́; de vinculis contenderent, & sibi quisq́; carcerem vendicarent. Juniores hic figuram Synthesin excogitaverunt, veteribus inauditam.

SVBSTANTIVA CONTINUATA.

SVbstantiva continuata, quæ ad eandem rem spectant, casu concordant, quamvis genere, & numero aliquando dissentiant.

Lib. 1. Bell. Gall. Lib. 1. Epist.

Marcus Tullius Cicero Publio Lentulo Proconsuli salutem plurimam dicit. *Cæsar, Gallos ab Aquitanis Garumna flumen dividit. Plinius ad Caninium, Quid agit Comum tuæ meæq́; deliciæ?*

Substantiva cõtinuata.

CONTINUATA *substantiva dicuntur, quæ nulla conjunctione sunt vincta, quæ genere, & numero, ut diximus nonnunquam dissident. Cic. ad Att. l. 1. Tulliola deliciæ nostræ tuum munusculum flagitat: Cælius Ciceroni l. 8. Scito Sempronium Rufum mel, ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse.* QUINTIL. *l. 2. c. 4. docet id, quod magis est commune, latiusq́; patet, debere præcedere his verbis: Quædam ordine permutato fiunt supervacua, ut fratres gemini, nam si præcesserit Gemini, Fratres addere non est necesse. Contra quod præceptum veteres sæpe faciunt*

faciunt. Cicero 2. de Divin. *Proclus,& Euristhenes Lacedæmoniorum reges, gemini fratres fuerunt:* Livius 1. ab Urbe. *In ore Tiberis Hostia urbs condita.* Idem lib. 5. bell. Maced. *Ad Tagum amnem ire pergunt.* Idem 1. bell. Pun. *Profectus ad Trebiam flumen collegæ conjungitur.* Idem l. 4. dec. 5. *Si ita est in radicibus Ossæ montis* Cæsar una periodo docuit utrumq; dici posse. Bell. Gall. initium capit à flumine Rhodano, continetúrq; Garumna flumine. QUOD ad casum attinet, interim alteram genitivi est casus. Cic. ad Att. l. 5. *Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu est.* Virg. 3 Æn. Alterutrum præcedere potest.

-- *Et celsam Buthroti ascendimus urbem.*

QUÆRUNT hoc loco Grammatici utri potius substantivo reddendum sit verbum adjectivum, & relativum, magis an minus communi. Ego *quantum memini observasse*, existimo, si alterum proprium sit hominis, cum eo verbum, cæteraq; consentire. *Cic.* Tulliola deliciæ nostræ tuum munusculum flagitat. Idem ad Marium l. 7. *deliciæ verò tuæ noster Æsopus ejusmodi fuit, ut ei desinere per omnes liceret.* Idem 1. Tusc. *Acerrimæ autem deliciæ nostræ Dicearchus contra hanc immortalitatem disputavit.* Item pro Cornelio Bal. *Cùm duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent.* Idem de Arusp. *Quid enim hunc persequar, pecudem, ac beluam, pabulo inimicorum* Nota.

inimicorum meorum corruptum.

Si vero de alijs rebus agatur, sæpissime video verbum, adjectivum, relativumq; magis communi respondere. *Liv. l. 7. bell Maced.* De Solis urbe, quæ in Cicilia est, egerunt *Soli Solorum nomen est urbis. Idem l 3. ab Vrb. Antium, propinquam & opportunã, & maritimam urbem, Coloniam deduci posse. Plin. de viris illustrib Ludos Consualia simulavit, ad quos cum utriusq; sexus multitudo venisset, dato suis signo virgines raptæ sunt. Plin. l. 2. c. 62. Volsinij oppidum Tuscorum opulentissimum totum concrematum est fulmine. Idem l 3. c. 5. Præterea autor est Antias oppidum Latinorum Apiolas captum à L. Tarquinium rege. Idem lib. 31. c. 3. Tungri civitas Galliæ fontem habet insignem. Livius 2. ab Urb. Infusi Volvi Antiates, Corioli oppidum captum. Idem lib 9. bell Maced. Ludi Tauritia per biduum facti religionis causa. Idem 5. ab Vrbe. Pergo ad delendam urbem Veios. Ibidem, Hic Vejorum occasus fuit urbis opulentissimæ Hetrusci nominis.* IUSTIN *tamen lib. 9. ad proprium respexit, Ad cujus inquit, emolumentum egregiè pertinere ratus, si sibi Bizantium nobilem & maritam urbem, receptaculum terra mariq; suis copijs futurum, in potestatem redegisset.* HANC *substantivorum continuationem vocant Juniores Appositionem, quam obscuriorem reddiderunt, dum sitnè figura altercantur,*

...antur, & particulas nescio quas avidius persequuntur.

UTRINQUE NOMINANDI CASUS.

OMne verbum personale finiti modi utrinq; nominativum habere potest, cum utrunq; nomen ad eandem rem pertinet, cujusmodi maximè est verbum Substantivum, Vocativum & alia quàm plurima.

Terent. in Phorm. Senectus ipsa est morbus. *Cicero de Off. de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. Salust. Virtus clara, æternaq; habetur. Cicero ad Attic. Ego vivo miserrimus. Idem in M. Antonium, Defendi rempub. adolescens non deseram senex.* Lib. 2. Catil. Lib. 1. Philip. 2.

HÆC præceptio complectitur verba omnia personalia, cujuscunq; sint generis, *Activa, Cicero Cor. Audivi hoc de parente meo puer. Passiva, 2. de Orat. Hoc nos ab istis adolescentibus facere inviti & recusantes heri coacti sumus. Neutra, Idem de Amic. Venio in Senatum frequens. Deponentia & communia ad hæc tria revocantur, ut post dicemus. Virg. 7. AEn. Sic fatur lachrymans Boni moriuntur læti. Sen Thyest. Venenum in auro bibitur, expertus loquor. Pater discedentem filium amplexus est tristis*

Vtrinq; nominativum habere possunt verba cujuscunq; generis.

Cum

Cùm igitur hoc precepto omne verborum genus contineatur, non est cur hic, quæ substantivi, aut vocativi vim habent, aut verba gestuum, aut similia, addantur. VOCATIVA, *verba vocant, Appellor, Vocor, Nuncupor, Nominor, Dicor, & si qua sunt de eodem genere.* ILLUD *mihi penè exciderat*, quod plerique omnes Grammatici tradunt verbum substantivum quod idem de vocativo dictum sit, cum inter duos nominandi casus diversi numeri ponitur consentire cum præcedenti: *Ut Adolescentes modesti sunt ornamentum juventutis.* Cum verò utrumq; collocatur, cum priori, *ut Adolescentes modesti ornamentum est juventutis. Cives flagitiosi sentina reip. appellatur*: Quo pacto certè non ausim loqui *sine idonei alicujus autoris testimonio: nam hæc solœcismi speciem præ se ferunt. Nec enim verborum mutatio constructionem mutat.* Videndum itaq; est, utrum substantivum sit verbi, ut ita dicam, basis & fundamentum, nam cum eo verbum consentiret, ubicunq: sit locorum. *Verbi causa in oratione, nè longiùs abeamus, adolescentes modesti, sunt ornamentum juventutis, verbi basis, & fundamentum, quod suppositum vocant, est, Adolescentes modesti, quocunq; modo vertas hæc verba, semper verbum suum requiret suppositum: Ornamentum juventutis sunt adolescentes modesti, Modesti adolescentes ornamentum*

Verbũ substantivũ positum inter duos nominativos diversi numeri, cum basi consentit.

tum sunt juventutis. Reipub. sentina appellantur cives flagitiosi, Flagitiosi cives Reip. sentina appellantur, Sic Plin. l. 33 c 3. Nota argenti fuére bigæ, atq; quadrigæ. Liv. l. 1. bell. Pun. Captum oppidum cum ingenti præda, quanquam pleraq; ab dominis de industria corrupta erant, & in cædibus vix ullum discrimen ætatis ira fecerat, & captivi, militum præda fuerant, nomen, &c. Lucanus lib. 3.

Omnia Cæsar erat. Ovid. 1. Metamor:

Omnia pontus erat, deerant quoq; littora ponto.

Idem in eodem.

Tũ primùm subire domos, domus antra fuerunt.

Idem 7.

Gaudia principium nostri sunt Phoce doloris.

Lucanus lib. 9. *Sangvis erant lacrymæ.*

QVOD si aliter loquamur, figurata erit constructio, ut censet Budæus in comment. lingvæ græcæ ubi alterum Ciceronis, alterum Plinij locum affert. In Pison. Exposui breviter consulatum meum, aude nunc furia de tuo dicere, cujus fuit initium ludi Compitalitij tùm primùm facti post C. Marium Consulem. Ubi verbum ante duos nominativos ponitur. Plin. l. 4. c. 4. de Peloponeso loquens, Angustia, inquit, unde procedit, Isthmos appellatur. Ubi appellantur, ut ratio Grammaticæ postulat, legunt quidam. Alia præterea reperiuntur. Seneca l. 1. Episto. Magnæ divitiæ sunt lege naturæ composita pau-

 pertas

pertas. Hic ut verum ingenuè fatear, non auderem aliter loqui, Cic. ultimo Parad. Contentum verò suis rebus esse, maximæ sunt, certissimæq; divitiæ. Nulla melior, tutiorq; præceptio est, quàm optimorum autorum usus, quo præceptore securus loqueris, & scribes.

NOMINATIVUS POST VERBUM INFINITUM.

Verbum personale infiniti modi post se nominativum petit, cùm res ad nominativum præcedentis verbi pertinet.

Lib. 1. *Cic. de natura Deorum*, Nolo esse longior. *Idem pro Marcello, Malim videri nimis timidus, quam parum prudens Terentius Adelphis, Pater esse disce ab alijs, qui verè sciunt. Ibidem, Meditor esse affabilis.*

Non solùm hoc fit, accedentibus verbis optandi, sed aliis etiam. Autor ad Herenn. lib. 4. Ego patriam liberavi, vos liberi esse non curatis. Seneca lib. 1. Epist. Amicus mihi esse cœpi. Idem de consol. ad Martiam. Perdidisti enim tot mala, si nondum misera esse didicisti. Cicero ad Cassium libro 15. Ejus consilij princeps ego fuisse videor.

Idem ad Att. 9. Amens mihi fuisse videor. Idem pro Sest. Nec Aristidis fuga, qui unus omnium justissimus fuisse traditur.

AN res ad nominativum præcedentis verbi spectet, facilè est cognoscere, exempli causa, Cæsar cupit esse rex. Quis cupit esse rex? Cæsar. Crassus studet videri dives: Quis studet videri dives? Crassus. Pertinet igitur, Dives, ad nominativum præcedentis verbi, nimirum, Crassus. Interrogatione cognoscimus rem pertinere ad nominativum verbi præcedētis.

APPENDIX.

SI verba, Puto, Aio, Refero, & alia ejusdem significationis infinitum præcedant, durior efficitur oratio.

Luc. lib 9. Utque fidem vidit sceleris, tutumq; putavit, Iam bonus esse socer, lacrymas non sponte cadentes.
Effudit, gemitusq; expressit pectore læto.

Orator dixisset.

Se bonum esse socerum.

Tutumq; putavit Cæsar, cùm Pompeij caput oblatum est, jam bonus esse socer. Sic Catul.

Phasellus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse omniū celerrimus. Ovid. 13. Meta:
Sed enim quia retulit Ajax esse Jovis pronepos.

Idem 2. de Trist.

Deme mihi studiū, vitæ quoq; crimina demes.
Acceptum refero versibus esse nocens.

Hæc in soluta oratione vitabit puer, uteturq; accusativo.

II. APPENDIX.

AT si Accusativus antecessit, & sequatur necesse est.

Orat. 1. *Cicero in Catil.* Cupio P. C. me esse clementem: cupio in tantis reipub. periculis non dissolutum videri. *Item in Bruto, Ego me Phidiam esse mallem, quàm vel optimum fabrum tignarium.*

Accusativus præcedens nonnũquã subauditur. NONNUNQUAM *subauditur præcedens accusativus. Curt. l. 8. Octoginta talenta constituit daturum Alexander: pro se daturum. Illud ejusdem quod affert Budæus in comment. linguæ græcæ. Ad vestras manus confugio, invitis vobis salvum esse nolo, tam durum est, quàm quod durissimum. Hunc locum suspicior esse depravatum, multò enim aliter hodie legitur lib. 6. Ad vestras manus, ad vestra arma confugio, invitis vobis salvis esse nolo. Sic enim habent libri omnes quos quidem legerim. Neque illud Ennij in Epicharmo apud Ciceronem 1. Acad. Quæst. ad rem videtur facere.*

Nam videbar somniare me, & ego esse mortuum: est enim perturbatus sensus, pro, Nam & ego videbar somniare, me esse mortuum. Idem locum Cicero: pro Quinct: affert. Nunc in causa superiori, ne ut par quidem sit, postulat, inferiorem esse patitur. Ubi ait desiderari, Sese. In

libris

libris tamen correctissimis legitur, inferiorem esse se patitur.

III. APPENDIX.

INfinitum Esse, accedente verbo Licet, dandi, vel accusandi casum post se postulat.

Cic. 1. Tusc. Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminundæ. *Idem ad Attic. Mihi negligenti esse non licet. Idem pro Flacco. Cur his per te frui libertate, cur denique esse liberos non liceat? Idem pro Cornelio Balbo, quòd civi Romano licet esse Gaditanum sive exilio, sive rejectione hujus civitatis, &c.* Lib. 1.

Interim deest dativus. *Cic. pro Ligar. Liceat esse miseros, quanquam hoc victore esse non possumus. Idem ad Att. l. 10. In Italia autem nos sedentes quid erimus? nam medios esse non licet.* Infinitum, Esse, cum cæteris verbis, quæ dativo gaudent, ferè accusativum habet. Nota.

Terent. Heaut. Expedit bonas esse nobis.

Idem Phorm.

Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse. Quint. tamen l. 11. c. 1. dativo usus est. Oderit nū, inquit, verba aucupantem, & anxium de- ma ingenij, & cui esse diserto vacet. Illud vero Valerij l. 5. c. 4. de Cimone minus usitatum. Nam & si maximo tibi postea, & civi, & duci evadere contigit, plus tamen aliquantò laudis in carcere, quàm in Curia assecutus es. Itẽ l. 3. c. 6. L.

quoque Sylla, cum imperator esset, chlamydato sibi & crepidato Neapoli ambulare deforme non dixit. ILLUD *loquendi genus, Tibi necesse est viro forti esse, rarum videtur, quo tamen Liv. 1 bell. Pun: usus est in oratione Annibalis, Illis timidis & ignavis esse licet: vobis necesse est fortibus viris esse.* Cum infinito, Esse, accedit verbum Dandi, planè videtur poetica locutio: *Ovid. 8. Meta.*

Esse, cum verbo dandi locutionem poeticam efficit.

-- vobis immunibus hujus esse mali datur.

Horat. in arte. -- mediocribus esse poëtis

Non homines, non dij, non concessere columnæ.

ILLA, *Videris mihi esse prudens. Videor tibi esse gravis, non sunt hujus loci: nam nominativus Prudens, Gravis, non ad dativum pertinet, quod hic requiritur, sed ad nominativum verbi præcedentis, ut supra diximus. Cic. 2. Phil. Nescio quid turbatus mihi esse videris.*

INTERROGATIONIS ATQUE RESPONSIONIS Consensus.

INterrogatio & Responsio casu consentiunt.

Cui præceptori dedisti operam? *Platoni.* Cujus est hæc oratio? *Ciceronis.* Quem existimas fuisse principē oratorum? *Demosthenem.* Quo morbo fuisti impeditus? *Assidua febricula.*

Certa

Certa dictionum proprietas in causa est, quo minus Interrogatio & Responsio casu cohæreant. Ut cujus est hoc pallium? meum. Quanti emisti calamum? quadrante. Hæc & similia progrediente tempore discent adolescentuli. Quare ne hæc exceptione terreantur. NOTA.

DE CONSTRUCTIONE TRANSITIVA NOMINIS.

GENITIVUS POST NOMEN SUBSTANTIVUM.

QVotiescunque duo nomina substantiva rerum diversarum in oratione continuantur, alterum erit genitivi casus.

Cicero in Pisonem, Supplicium est pœna peccati. *Idem ad Cælium, Mirum me desiderium tenet urbis. Idem de amicitia, Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam.* Lib. 2.

Huc spectat omnis substantivorum sylva, sive rem possessam, sive numerum, sive mensuram significent, ut Equus Alexandri: Par amicorum: Modius tritici. PRÆTEREA *verbalia in Tor, Trix, Sor, Us, Io, ut Servator patriæ: Expultrix vitiorum: Censor morum: Contemptus divitiarum: Moderatio animi.*

De-

DENIQUE *substantiva omnia continuatà res diversas significantia, quocunque nomine censeantur: neque de his admoneantur pueri, cùm ad rem nihil faciant.* REUS genitivo vel ablativo cum præpositione De, gaudet, *Reus audaciæ, avaritiæ, De ambitu, De vi, apud Ciceronem leguntur.*

APPENDIX.

ADjectiva cùm substantivè ponuntur, more substantivorum construuntur.

Cic. de Senectute, Tantum cibi, & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. *Idem in Verrem, Sicilia tota, si una voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit, id mihi tu C. Verres, eripuisti, atque abstulisti. Pompejus ad Marcellum & Lentulum. Vos hortor, ut quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis.*

Act. 3.

Lib. 8. ad Atticum.

Adjectiva substantivè posita.

HUIUS *classis sunt Multum, Plus, Plurimum, Tantum, Quantum, Minus, Minimum, Summum, Extremum, Ultimum, Postremum. Cic. ad Attic. l. 2 Terentia delectata est tuis litteris, & impetit tibi multum salutis, Idem pro Milo. Vident, quantum autoritatis. Idem ad Toranium l 6. Præsertim cùm rerum omnium mors sit extremum. Liv. l. 2 bell. Maced. Ad ultimum ino-*

inopiæ sciret venturos. Cur l. 8. ad ultimum periculi pervenerat. Cic. 2. Phil. Pax est tranquilla libertas, Servitus postremum malorum omnium. Abdita rerum, Strata viarum, Occulta saltuum, Incerta fortunæ, & id genus alia ferè apud historicos, & poetas reperiuntur. *Virg. 2. Æn. Obsedire alijs telis angusta viarum. Liv. Ad incerta fortunæ, regio more venenum erat. Tacit. l. 18. Per angusta & lubrica viarum flexerant. Idem l. Præmisso Cæcinna, ut occulta saltuum scrutaretur.*

SVbstantiva, cùm ad laudem, vel vituperationem referuntur, genitivo vel ablativo gaudent.

Cic. ad Marcel. Neque te monere audeo, præstanti prudentia virum, neque confirmare maximi animi hominem, virumq: fortissimum. *Plinius, Choromandarum gentem, vocat Tauron sylvestrem, sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.* Lib. 4. Lib. 7. c. 2.

PROPOSITA *exempla utrunq; casum complectuntur. Hic variabunt tyrones orationem. Marcus Tullius vir singularis ingenij à Marco Antonio crudelissimè trucidatus est. Singulari vir ingenio Cicero miserandum in modum interijt. Pueri tardi ingenij, sæpe ingeniosis palmam præripiunt. Tardo ingenio pueri, plerunque labore & diligentia ingeniosos superant.* Nota.

GENITIVUS POST NOMEN ADIECTIVUM.

ADjectiva quæ scientiam, Communionem, Copiam, & his contraria significant, cum genitivo junguntur, ut Peritus, Ignarus, Particeps, Expers, Plenus, Inanis.

Cic. in Brut. Fabius pictor, & juris & literarum & antiquitatis bene peritus fuit. *Ex eodem de Orat. 2. Antonius omnis eruditionis expers, atq; ignarus fuit. Idem de Fin.* Lib. 5. *Virtutes ita copulatæ, connexæq; sunt, ut omnes omnium participes sint. Idem ad Papyrium, Stultorum plena sunt omnia. Ex eodem de Orat. 1. Omnia plena consiliorum, inania verborum videmus.*

Adjectiva hæc non sine delectu usurpanda.

Hoc *loco quàm plurima nomina à Grammaticis recensentur, delectu tamen opus est: aliis enim Oratores, aliis historici & poëtæ frequentius utuntur. Doctus, Gnarus, Ignarus, Rudis, Callidus, Prudens, Imprudens, Nescius, Inscius, Certus, Incertus, Consors, Exors, Compos, Impos, Immunis, Insons, Insolens, Insuetus, Dives, Largus, Liberalis, Benignus, Prodigus, Fœcundus, Plenus, Refertus, Fertilis, Pauper, Egenus, Inops, Indigus, Parcus, Sterilis, Nudus, Vacuus, Truncus.*

Gell.

Gell. lib. 13. cap. 12. Juris Civilis doctum. Plin. lib. 25. cap. 2. Doctissimos Grammaticæ artis. Horat. de Art. Indoctusq; pilæ discive trochive quiescit. Cic. pro Flacc. Homines imperiti, rerum omnium rudus ignariq;. Idem in Brut. L. Sisenna doctus vir, & optimis studijs deditus, bene latinè loquens, gnarus Reip. Colum. lib 2. cap. 2. Callidissimi rusticarum generæ terreni tria esse dixerunt. Liv. 4. bell. Mac. Quæ minus infida ac trepida fuisset, ni Achæi locorum prudentes institissent. Idem ibidem, Commercio eorum Hispani imprudentes magis gaudebant.

Doctus. Indoctus. Rudis. Gnarus. Ignarus. Callidus. Prudens. Imprudēs

Terent. Eunuch.

Imprudens harum rerum ignarusq; omnium.

Plin. Epist. 176. Accedit lacrymis meis, quòd absens & impudentis mali nescius, pariter ægrum, pariter decessisse cognovi. Cic. in Brut. Socrates se omnium rerum inscium fingebat, & rudem. Quint. lib. 4 cap. 2. Judex quàm primum certus esse sententiæ cupit. CERTIOR genitivo vel ablativo cum præpositione, De, gaudet.

Nescius. Inscius. Certus cum genitivo vel ablativo addita præpositione.

Cic ad Att. lib. 3. Faciam te consilij nostri certiorem. Item lib. 4. Fam. Cùm te tranquilliori animo esse cognovero, de ijs rebus, quæ hic geruntur, certiorem faciam. Liv. 4. ab Vrb. Tubero incertus veri est.

Incertus. *Idem, Non quia incertus sententiæ fuerit. Cic.*
pro Flacc. Nam fratres quidem consortes sunt
Consors. *medicitatis. Liv. 2 bell Pun. Se omnis culpæ*
Exsors. *exsortem, omnis eventus participem fore diceret.*
Compos. *Cic. Phil. 2. Tu mentis compos es? Idem ad Att.*
9. Sum, Sum, mihi crede, mentis compos. Plaut.
Impos. *Capt Eripite quæso isti gladium, quæ sui est im-*
pos animi. Seneca de vita beata cap. 26. Ani-
Immunis. *mus vitiorum immunis. Quint. declam. 9.*
Quis crederet inter duos amicos, quorum alte-
rum immunem malorum omnium fortuna face-
Insons. *ret, alterum &c. Liv. 4. bell. Maced. Insontes*
Insolens. *consilij publici. Cic. Att. 2 Itaq; amicus ille*
Insuetus. *noster insolens insaniæ. Ibid. Tam insuetus con-*
tumeliæ Solin. c. 54. Opulenta ac dives urbi-
um: & cap: 68. Variarum opum dives.
Dives. Virgilius Lib. 9.
Largus. *-- dives pictai vestis & auri*
Liberalis *Idem lib. 11. Largus opum. Salust. Catil. Laudis*
Benignus *avidi, liberales pecuniæ. Horat. 1. Ep.*
Prodigus *-- vini somniq; benignus. Idem 1. Carm.*
Fœcūdus *Ode 12. animæ prodigus. Tacit. in agricol. fru-*
Plenus. *gum fœcundus.* PLENUS apud Ciceronem fe-
Refertus. rè interrogandi casum postulat. *Pro Fonteio,*
Fertilis. *Referta Gallia negotiatorum est, plena civium*
Pauper. *Romanorum:* aliquando etiam ablativum,
Egenus. *ut suo loco dicemus: Liv: 5. ab urb. Fertilis ho-*
minum frugumq; Gallia. Horat. 2. Serm. satyr.
3. Argenti & auri pauper. Liv. 9. ab Urb. Om-
nium

nium egena corporis humi prostraverunt. Cic. de Senect. Tum intelligitur quam fuerint ino- Inops. *pes amicorum. Plin. l. 8. cap. 40. Stipendiorum* Indigus. *indiga. Tacit. lib. 19. Civium sangvinis par-* Parcus. *cum credidere. Idem 17. Sæculum virtutum ste-* Sterilis. *rile. Quintil. lib. 5. cap. 1. Asperitas nuda* Nudus. *quæstionum.*

Terent: Heaut:

Sine me, vacuū tempus ne quod dem mihi laboris. Vacuus.

Virgilius 4. Georg.

-- & visenda modis animalia miris.

Trunca pedum primo. Truncus.

Horum nonnulla etiam cum ablativo junguntur, de quibus suo loco dicemus.

ITem quædam in Ax, Ius, Idus, & Olus.

Philosophus tenax recti, nullius culpæ conscius, avidus virtutis, studiosus, litterarum.

Quibus adde Memor, Immemor, Securus.

Vt memor beneficij, Immemor injuriæ. Securus rumorum. *Quintil. Tenacissimi su-* Lib. 1. c. 1. *mus eorum: quæ rudibus annis percipimus. Cicero in M. Antonium, Hujus rei, ne posteritas qui-* Philip. 2. *dem omnium seculorum immemor erit. Idem ad Cajum Antonium, Cum T. Pomponius homo o-* Lib. 5. *mnium meorum in te studiorum conscius, tui cupidus, nostri amantissimus ad te proficisceretur,*

tur, aliquid mihi scribendum putavi.

Non omnia in Ax, Ius, Idus, & Osus, junguntur cum genitivo.

Non omnia, quæ in has syllabas exeunt, patrium casum admittunt, sed certa quædam eaq; partim sunt oratoria, partim historica, & poetica: id quod optimus magister usus te docebit. Capax, tenax, rapax, ferax, edax, conscius, dubius, anxius, providus, cupidus, avidus, curiosus, incuriosus. Seneca Epist. 7. Parum tenax recti. Idem 6. de benef. Me tempestas occupavit, portus ac præsidij dubium. Plin. lib. 2. cap. 2. Medicina peculiariter curiosus. Plinius Iunior, Epist. 173 Ita natura comparatum est, ut proximorum incuriosi, longinqua sectemur. Quint. lib. 8. In quod sæpe etiam incidit Cicero, securus tam parvæ observationis. Seneca de vita beata cap. 26. Sapiens vivit præsentibus lætus, futuri securus. Trepidus rerum suarum. Timidus lucis: Floridus ævi, Fervidus ingenij, Validus animi, Devius æqui, Egregius facti, Dubius animi. MULTA præterea, quæ certis locis comprehendi non possunt, ut Præceps animi, Integer vitæ, Sceleris purus, Ambiguus consilij, Inglorius militiæ, Immodicus iræ, Fessus belli, Laudis avarus, Tenuis opum, quæ promiscuè à Grammaticis numerantur inter ea, quæ genitivo adhærent, ferè ad historicos, & poetas spectant. *Seneca, qui proximè accedit ad historicos, lib. 21. de vita beata.*

Abdun-

Abduntur, inquit, in aliquas rimas timidæ lucis. Idem cap. 6. Beatus est ergo judicij rectus. Illud 2. de Juvent. quod affert Budæus in Commentarijs linguæ græcæ: Hoc autem ipsum genus erit eò firmiùs, si eo ipso in genere quo arguetur, integer animi fuisse, demonstrabitur, in nullo prorsus libro reperi, sed pro Animi, Antea, sic: Integer antea fuisse demonstrabitur.

PARTITIVA.

Partitiva genitivo multitudinis gaudent.

Cic. de nat. Deorum, Elephanto belluarum nulla prudentior. *Item de Senectute, Minus habeo virium, quam vestrûm utervis. Idem ad Q. Frat. domus utriusque nostrûm ædificatur strenuè.* Lib. 1. Lib. 2.

PARTITIVUM *nomen est, quòd significat multa sigillatim, ut Quisque, Unusquisque, Uterque, Neuter, vel unum è multis, ut Alter, Alius. Hæc partim sunt universalia, ut Nemo, Nullus: partim particularia: ut Quidam, Aliquis: partim interrogativa, ut Quis, Uter; partim infinita, quæ eadem sunt quæ interrogativa, cum scilicet nihil quærunt, ut Nescio quis vestrum loquatur. Ignoro uter vestrum sit doctior. Verùm cum pueri has finitiones, distributionesque vix unquam teneant non video, cur iis hæc sint inculcanda. Fortasse commodius fuerit, quæ maximè* Partitiva sunt, *habere in promptu, ordine elementorum,* Quid sit partitivum, quæ eius distributio. Nomina partitiva.

Alius

Alius, Aliquis, Alter, Alteruter, Nemo, Neuter, Nullus, Quis, Quicunq;, Quilibet. Quisquis, Quivis, Quispiam, Quisquam, Quisque, solus, Vllus, Vnusquisque, Vter, Vterque, Vtercunque, Vterlibet, Vtervis.

Item numeralia nomina.

Ab Vrb. 1. *Liv.* Imperium summum Romæ habebit, qui primus vestrum ô juvenes osculum matri tulerit. *Curt.* Lib. 8. *Octoginta Macedonum interfecerunt. Idem ibid. Nolo singulos vestrum excitare.*

Deniq; quæcunq; adjectiva partitionem significant, interrogandi casum possunt admittere.

Cic. de Senect. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Bel. Mac. 1. *Liv. Macedonum ferè omnibus, & quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit.* Lib. 10. *Curtius cum paucis amicorum ad Leonatum pervenit.* Lib. 8. c. 48 *Plin. Lanarum nigra nullum colorem bibunt.*

NONNVNQVAM *substantiva, maximè apud Plinium hanc constructionem admittunt. l. 1. c. 6 Volucrum animal parit vespertilio tantum. l. 9 cap. 50 Piscium Lupus, & Trichias bis anno parit. Nisi fortè quis dicat subaudiendum nomen partitivum, Solus.* Numeralia copulantur cum Substantivis. Numeralia frequentissimè cum suis substantivis copulantur: Septimus Rex Romanorum, *Duo milites: Singuli duces.*

SUPERLATIVA.

SI multa ejusdem generis comparentur, utendum est superlativo cum genitivo plurali.

Cic. Tusc. Theophrastus elegantissimus omnium Philosophorum, & eruditissimus, non magnoperè reprehenditur, cum tria genera dicit bonorum. *Plin. Demosthenes summus Oratorum Græciæ.* Lib. 35. c. 10

Hic, ut perspicuum est, comparantur multa ejusdem generis, nam Theophrastus unus fuit ex omnibus Philosophis, & Demosthenes de Oratoribus unus: sic enim Laurentius, quæ sunt ejusdem generis explicat. Passim apud Ciceronem & cæteros scriptores invenies genitivum, Omnium, cum superlativo, *quod quidam videntur negasse, captiosis nescio quibus conclusiunculis circumscripti. Idem ad Brut. l. 1. Dij isti Segulio malefaciant, homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Interim conferuntur res diversi generis, maximè accedente adverbio, Non solùm Cic. pro Domo sua, Hoc tu scriptore, hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solum, sed quadrupedum impurissimo, Remp. perdidisti, Clod. de quo hîc agitur, bipes proculdubio, non quadrupes fuit.* MACROBIUS *lib. 7. Satur. c. 1. Ciceronem imitatus immerito à Valla reprehenditur: Age, inquit, Servi non solùm adolescentium, qui tibi æquævi sunt, sed senum quoque omni-*

Res ejusdē generis quę

Genitivus Omnium cum superlativo.

Superlativo admittit cōparationem rerum diversarum.

omnium doctißimè Plin. l. 33. c. 1. de annulis agens: Longo certè tempore ne Senatum Romanū quidem habuisse, aureos manifestum est, siquidem his tantùm, qui Legati ad exteras gentes ituri essent, annuli publicè dabantur: credo quoniam ita exterorum honoratißimi intelligebantur. Nec enim legatus Romanus unus erat ex gentibus exteris, Martialis, quæ maximè inter se sunt contraria contulit lib. 12.

Non es crede mihi, bonus quid ergo?
Vt verum loquar, optimus malorum.

Nisi quis dicat more suo fuisse jocatum, atq; de industria in grammaticorum leges peccasse. Cic. in Brut. Phalereus enim successit ex senibus adolescens, eruditißimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis instructus, quàm palæstra. Idem 2. de Orat. Tum Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia politißimus, alij eorum similes extiterunt. HÆC Ciceronis locorum similes doceant non malè latinè dici: Antoca apertissimè docent non malè latinè dici: Antonius est horum sive istorum omnium eloquentissimus, quamvis non sit unus ex his aut ex istis.

APPENDIX.

TAM superlativa, quàm partitiva genitivo singulari conjunguntur.

Cic. pro Quinct. Habet adversarium P. Quinctius verbo, Sex. Navium, revera hujusce ætatis homines disertissimos, ornatissimos nostræ

nostræ civitatis. Idem pro Rab. Posth. Virum unum totius Græciæ facile doctissimum Platonem, in maximis periculis insidiisq; versatum esse accepimus. An quisquam Clodiæ gentis cum Pompejo Magno conferendus est?

Huc spectant, quæcunq; nomina numero singulari multitudinem significant, ut Populus, Gens, Municipium, Ætas, Italia, Græcia, *pro ipsis Italis, Græcis. Nemo totius Italiæ eloquentior fuit Cicerone. Curt. l. 9. Tuo capite ignobilem vicum emi, quis ferat non modò tuorum, sed ullius etiam gentis barbaræ, qui tuam magnitudinem novit?*

Nomina in numerosingulari multitudinem significātia.

II. APPENDIX.

TUm superlativa nomina, tum etiam partitiva, quæ cum suis substantivis casu cohærent, & genere & numero consentiunt.

Cicero pro natura Deorum, Indus, qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit. Lib. 1.

Plinius, Hordeum frugum omnium mollissimum est. Pompon. Mela, Famam habet ob Cereris templum, Enna præcipua montium. SUPERVACANEA *videri posset hæc appendix, nisi Grammatici præciperent tum superlativa, quàm partitiva genus petere à genitivo, si velis Grammaticè loqui, exempli causa: Leo est fortissimum animalium, grammaticè dici: at leo est fortissimum animalium latinè. Ego certè nolim grammaticè loqui.*

Lib. 18 c. 1.
Lib. 2. c. 7.
Superlativa non petit genus à genitivo.

Nota. Quod si quando adjectiva cum substantivis non consentiant, in substantiva transeunt. *Cic. ad Torannium lib. 6. Præsertim cùm omnium rerum mors sit extremum. Extremum substantivum est. At in illo Quintil. 6. declam. Mors sit extrema malorum: adjectivum. Cic. 2. Phil. Pax est tranquilla libertas, servitus postremum malorum: hic postremum, non petit genus à genitivo Malorum, sed est substantivum: ut in illo Taciti lib. 3. Post celebre carmen, quo Germani suprema defleverant. EIUSDEM generis videntur hæc loca Plinij lib. 9 cap. 8 Velocißimum omnium animalium, non solùm marinorum, est delphinus, ocyor volucre, ocyor telo. Et libro 10. cap. 27. Venenis Capreæ, & Coturnices pinguescunt placidissima animalium. Et lib. 8 cap. 23. Cervis quoq; est sua malignitas quanquam placidißimo animalium. VEL dicemus more Græcorum Masculina jungi cum neutris, quale est illud Virgilij, Triste lupus stabulis. ITEM Fœminina. Quint lib. 11. cap. 1. Tutißimum ergo pœnitentiæ confessio, & satisfactio culpæ, Lege Budæum in Commentarijs linguæ Græcæ. QUOD si hæc displicent, subauditur animal.*

Quòd si nullum sit substantivum cum genitivo, quòd attinet ad genus, consentient.

Ab Vrb. 1. *Livius*, Summi infimiq; Gabinorum Sex. Tarquinium dono Deûm sibi missum cre-

dere. *Quintilianus, Equidem Ciceronem sequar: nam is eminentissimos Græcorum est sequutus. Plinius, Sapientissima animalium esse constat, quæ fruge vescantur. Idem, Ovorum alia sunt candida, ut columbis, perdicib. alia pallida, ut aquaticis, &c.* Lib 9. c. 4. lib. 22. c. 25 lib. 10. c. 22

Si genitivus nominis sit collectivi, non necessariò cum eo consentient superlativa, aut partitiva, *ut summi infimiq; civitatis Tarquinium exceperunt. Nemo hujus oppidi Tarquinium excipit.* Item si Superlativa substantivè ponantur. *Cicero, Cum omnium rerum mors sit extremum. Superlativa Extremum, Supremum, Ultimum, Summum, ut supra diximus, substantiva aliquando fiunt genere neutro. Lucan. lib. 10. Cogunt tamen ultima rerum spem pacis tentare ducem. Curt. lib. 6. Jamq; rex ultima Hyrcaniæ intraverat. Idem lib. 8. Dyardines minus celeber auditu est, quia per ultima Indiæ currit. Tacitus lib. 20. Extremæ Gallicæ oræ occupavêre. Idem lib. 19. Summa navium tabulis augent. Quintil. declamat. 18. Orbitates ac suprema liberorum plagantur.*

Genitivus nominis collectivi non necessariò consentit cum superlativo, aut partitivo. NOTA.

III. APPENDIX.

Genitivus tam superlativi, quàm partitivi in ablativum cum præpositione E, vel Ex, vel De mutari potest. *Cic. pro Cluent.* Ex his omnibꝰ natu minimus.

P: Saturninus in eadem sententia fuit. *Idem pro Sex Rosc. Audacißimus ego ex omnibus? minimè.* Lib. 16. *Idem ad Tironem. De tuis innumerabilibus in me officijs erit hoc gratissimum. Idem in M. Antonium,* Philip. 10. *Permitto, ut de tribus Antonijs eligas quem velis.* Declam. 6. *Quintilianus, Timui, ne quem ex meis viderem.*

Partitiva & Numeralia eleganter junguntur ablativo accedente præpositione.

LIVIUS 1. ab Urb. Sextus filius ejus, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito Gabios, sic habent correcti libri, non minor ex tribus, ut quidam citant. PARTITIVA *eleganter ablativo jungitur. Cic. pro Ligar. Quam multi essent de victoribus, qui te crudelem vellent, cùm etiam de victis reperiantur. Idem 4. Acad. Quidam è Philosophos faciendum omnino non putabat. Item Numeralia, Cic. l. 2. de Divin. Panætius qui unus è Stoicis Astrologorum prædicta rejecit. Idem Paradox. Cai. Marium vidimus, qui mihi secundis in rebus, unus ex fortunatis hominibus, in adversis, unus ex summis viris videbatur. Idem pro Plancio, Is enim unus fuit de magistratibus defensor salutis meæ.*

Unus principium numeri ablativo: pro solus, genitivo gaudet.

UNUS hoc modo ferè construitur, cùm principium numeri est: cùm vero idem est, quod solus, genitivo etiam jungitur. Plin. l. 9. c. 9. Acipenser unus omnium squamis ad os versis, contra aquam nando meat. Curt. lib. 8. Haud amplius quam ut duo ex tribus filijs secum militarem exegit. Cic. in Orat. Quoniam secundum erat de tribus. Idem

Offic. 2.

Offic. 2. Erat igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinerent, hoc trium.

Mutatur interdum genitivus superlativi in accusativum cum præpositione Inter, vel Ante.

Cicero pro S. Rosc. Rectum putabat pro eorum se honestate pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabitur. *Seneca, Ille Crœsus inter reges opulentissimus, ad tormenta post terga vinctis manibus, ductus est. Pompon. Mela, Gentem sui nominis aluit Boristhenes inter Scythiæ amnes amantissimus. Livius, Multitudini gratior fuit, quàm Patribus, longè ante alios acceptissimus militum animis.* Lib. 2. contro: Lib. 2. c. 2. Ab Vrb. 1.

SVPERLATIVVM *nomen cum præpositione Inter, non solùm apud Poëtas, sed etiam apud Oratores invenitur. Quintil. 6. Declam. Et, quod inter ista difficillimum est, amore mei vicit etiam matrem. Plin. l. 13. c. 2. Inter omnes potentißimus odor, quisquis novißimè additur. Justin. l. 36. Minimusq; inter fratres Joseph fuit.* HARVM *præpositionum adminiculo licebit nobis has & similes locutiones, quæ parum latinæ putantur (Lucretia est castißima suarum sororum: Antonius est doctißimus aliorum) sine ulla Grammaticorum reprehensione efferre: hoc modo: Lucretia castißi-*

Antonius longè antè alios doctissimus est, vel inter cæteros doctissimus est: Seneca de vita beata c. 28. Inter cætera mala illud pessimum est. NONNE *vides quemadmodum res diversi generis comparentur? Nec enim Sex Rosc. de quo Cicero loquitur, unus fuit ex suis municipibus: neque Romulus de quo agit Livius, unus de aliis fuit: neque illud malum, de quo Seneca, unum è cæteris malis fuit. Age verò, cur reprehendamus eum, qui sic loquatur, Lucretia castissima est suarum sororum? Certè M. Tull. pro Sex Rosc. ferè eodem modo locutus est. Sextus, inquit, Roscius pater hujusce, municeps Amerinus fuit, cum genere, & nobilitate, & non pecunia modò sui municipii, verùm etiam eius viciniatis facilè primus: Primus sui municipii: quid aliud est, quàm suorum municipium primus? Item Gellius l. 8. c. 12. Vir ætatis suæ doctissimus: perinde est, ac si dixisset, suorum æqualiū doctissimus.*

Nota. QVOD *si tantopere censoriam Grammaticorum virgulam perhorrescimus, utamur verbo pro Superlativo, ad hunc modum. Lucretia suis sororibus plurimùm castitate præstat: Lucretia suas inter sorores longè castitate præstat. Antonius eruditione cæteris condiscipulis plurimùm præstat, vel suos inter æquales longè doctrina præstat: Audi Ciceronem de clar. Orator. Nihil tam dissimile, quàm Cotta Sulpitio, & uterq; æqualibus suis plurimùm præstitit. Ibidem de Hortensio loquens.*

Suos

uos inter æquales longè præstitit. Idem 2. de *Finib: Homini, qui cæteris animantibus plurimùm præstat, præcipuè à natura nihil datum esse diceremus?* CERTE Plinius l. 34. cap. 10. *tum morosæ & anxiæ observationis securus, Ostracites, dixit, tota nigra & cæterarum sordidissima.* Tacitus in Agricola, *Ii sunt cæterorum Britannorum fugacissimi, ideoque tamdiu superstites.*

IV. APPENDIX.

SVperlativa præter proprium casum admittunt etiã casum suæ positionis.

Cic. de claris Oratoribus. Fuit sextus Ælius iuris quidam omnium peritissimus.

Omnium, superlativi & Iuris Civilis, positivi casus est.

Admittunt & genitivum partitionis, more nominum, undè formantur.

Plinius, Plurimi piscium tribus mensibus, Aprili, Maio, Iunio pariunt. Lib. 9. c. 51.

SVNT *qui Superlativa partivorum generi subijciant, cum hæc nudam partitionem, illa verò præcipuè comparationem assignificent. Quamvis enim hæc, illa aliqua cognatione attingant, quod scilicet unum è multis significent; non continuò tamen partitiva sunt.* SI *quando tamen more partivorum construuntur, positiva, è quibus fiunt, imitantur. Vt enim, Multus partivè*

Hæc partitione quidẽ conveniunt cõparatione porrò differunt

ponitur, sic Plures, & Plurimi. EIVSDEM *generis videntur illa, quæ substantivis destituta, genitivum habent.*

Lucan. l. 2. --minimas rerum discordia turbat. Suet. in Vesp. c 8. Hos partem subjici in servos, ac venire imperavit, partim in Asperrimas insularum avehi. Tacitus l. 8. Prima consiliorum frustra ceciderunt. Et illud Quinti. quod supra attulimus, Nam is eminentissimos Græcorum est secutus. In his enim, & similibus, nulla videtur comparatio esse, sed partitio: quod facilè intelligitur, si genitivum eodem casu jungamus cum superlativo, hoc modo, Minimus res. Asperrimas insulas, Eminentissimos Græcos: quod ipsis maximè partitivis usu venit. Quid enim aliud, Nulla beluarum, Quidam militum, Nemo principum, quàm Nulla belua, Quidam miles, Nemo princeps significat?

GENITIVVS VEL DATIVVS POST NOMEN.

NOmina quæ similitudinem, aut dissimilitudinem significant, interrogandi, vel dandi casum exigunt.

Lib. 5. *Terent. in Eunuch.* Domini similis, &c. *Cicero de Finib. Non video, cur non potuerit patrè*
Phil. 2. *similis esse filius. Idem in M. Antonium, Antonius saturavit se sangvine dissimillorum sui civium. Idem de Clar. Orat. Nihil tam dissimile, quam Cotta Sulpitio.*

Item

Item Communis, Proprius.

Cicero de Senect. Id quidem non proprium senectutis est vitium; sed commune valetudinis *Idem pro Sex. Rosc. Quid tam commune, quàm spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuatibus, littus ejectis? Plin. Cæsar propriũ & peculiare sit præter supradicta, clementiæ insigne.* Lib. 7. c. 25

QVÆ similitudinem dissimilitudinémve significant, sive ad mores, seu ad formam referantur, interrogandi, vel dandi casum assumunt. Proposita exempla ad mores pertinent: ad formam ille Ciceronis locus spectat 2. de Nat. Plectri similem lingvam nostri solent dicere, chordarum dentes, pares cornibus ijs, quæ ad nervos resonant in cantibus. Idem ibidem l 1. Est enim vis tanta naturæ, ut homo nemo velit nisi homini similis esse, & quidem formica formicæ, sed tamen cujus hominis? Ecce in utroq; loco utrunq; casum conjunxit.

DATIVVS POST NOMEN.

NOmina quibus Commodum, Voluptas, Gratia, Favor, Æqualitas, Fidelitas & his contraria significantur, dativum poscunt.

Vt, Consul salutaris, perniciosus reipub Iucundus, Molestus, Gratus, Invisus, Propitius infestus civibus, Fidus, Infidus imperio. Par, impar tanto oneri. *Cic ad Cæcinnam, erat meũ consilium, cum fidele Pompejo, tam salutare utriq;* Lib. 6.

Lib. 10. *Idem ad Attic. O gratas tuas mihi jucundasq; literas.*

Item verbalia in Bilis, ut Amabilis, Formidabilis, Optabilis.

Philip. 7. *Cic. in Marcum Antonium*, Pax præsertim civilis; quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis.

Quædam præterea, quæ ex præpositione Con, componuntur, ut Conscius, Consentaneus, Concors, Concolor. Confinis cum adjectiva sunt.

Cic. 2. Tusculan Mihi conscius sum nunquam me nimis cupidum fuisse. *Idem in M.*

Philip. 9. *Antonium, Sulpitij mors consentanea vitæ fuit, sanctißimè honestißimeq; acta.*

Fidus, frequentissimè dativum habet: cum genitivo raro admodum reperitur. Virg. 12.

Præterea regina tui fidissima, dextra,
Occidit ipsa sua.

PAR, *apud poëtas etiam genitivo casui adjũgitur.* Lucan. 2. *Quem metuis, par ejus erat.*

Æqualis, cum ad ætatem refertur, genitivo gaudet. Æqualis, cum ad ætatem tempusq; refertur ferè genitivum habet. *Cic. 4. de Fin. Conferam autem avunculum tuum cum C. Graccho eius ferè æqualis. Quæ in Bilis exeunt passionem significant. Penetrabilis, sæpè apud poëtas activè ponitur.*

Virg.

Virg. 10.

Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum

Conscius, cum ad personas refertur, dativum habet. Terent. Adelph.

– Conscium mihi sum, à me culpam hanc esse procul.

Cum verò ad rem, genitivum frequentissimè. *Cic. pro Cæl. Multarum rerum conscij servi. Interdum dativum. Ibidem, Huic facinori tanto tua mens liberalis conscia. Pro Cluent. Conscium illi facinori fuisse arbitrabantur. Seneca de vita beata cap. 8. Concors sibi. Col. lib. 7. cap. 3. Palatum atq; lingua concolor lanæ est. Plin. lib. 8. cap. 10. Sed tamen in extremis Africæ, quæ confinis Æthiopiæ est. Idem lib. 12. cap. 5. Contermina Indis gens Arriana appellatur.* Nota.

SVPPLEX, *Obvius, Obnoxius, Absonus, Pervius etiam huc spectant. Cicero 1. Tusculan. Nec judicibus supplex fuit. Idem Att. 6. Volens mihi obviæ litteræ tuæ. Plinius Epistola 58. Vides quot periculis, quot contumelijs simus obnoxij? Terentius Adelph. Fratri ædes fient perviæ. Liv. 6. belli punici. Perviæ naves pugnantibus erant.*

DATIVVS VEL ACCVSATIVUS CUM PRÆPOSITIONE AD, POST NOMEN.

Accom.

ACcommodatus, Appositus, Aptus: Idoneus, Habilis, Vtilis, Inutilis, Natus huic rei, vel ad hanc rem.

Cicero in Pisonem, Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ omneis fortunis, multos fama, vitaq; privavit. *Idem de Claris Orat.* Cn. Pompejus vir ad omnia summa natus.

PRÆTERMITTO *omnium exempla, ne longior sim, & laborem, molestiamq; afferam ediscentibus. Cic. 7. in Verr. Homo bene appositus ad istius audaciam. Quint. lib. 4. Judicis natura noscenda est, juvurine magis, an æquo sit appositus. Cic. Epist. lib. 6. Ejus Falernum mihi semper idoneum visum est hospitio. Idem ad Att. libro 15. Instruar etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium. Idem 1. de leg. Natum figuram corporis habilem, & aptam ingenio humano dedit. Colum. l. 2. cap. 2. Habilis frumentis terra. Cic. 1. Orat. si mihi calceos Sicyonios attulisses non uterer, quamvis essent habiles, & apti ad pedem. Liv. lib. 7. ab Vrb. Hispano cingitur gladio, ad propriorem habili pugnam. Cic. 3 Offic. Nonne igitur sapiens si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri homini ad nullam rem utili? Idem de Finib. Quod & acutum genus est, & ad usus civium non utile.*

ACCV-

ACCUSATIVUS VEL ABLATIVUS POST NOMEN.

ADjectiva, quibus generalis dimensio significatur, accusativum, vel Ablativum casum postulant, qui certam mensuram significet.

Liv. Fossam sex cubitis altam, duodecim latam, cum duxisset: extra duplex vallum fossæ circundedit. *Columella*, Esto ager longus pedes mille & ducentos, latus pedes centum viginti.

Bell. Mac. 7

Lib. 5. c. 2.

GENERALEM *dimensionem significant*, *longus*, *latus*, *altus*, *profundus*, *crassus*, CERTAM *mensuram*, *digitus*, *uncia*, *palmus*, *dodrans*, *pes*, *cubitum*, *seu ulna*, *quod idem est*, *passus*, *stadium*, *milliare*, *sive milliarium*. *Plin. lib. 31. c. 14.* *Didoron, quo utimur, longum sesquipede, latum pede.* Interdum adhibetur genitivus. *Colum. lib. 1 cap. 2.* *Medicæ singulos cyathos serere oportet in areolis longis pedum denum.*

Dimensio generalis & certa.

ABLATIVUS POST NOMEN.

Extorris, nudus, dignus, contentus, inanis,
Atq; refertus, inops, locuples, alienus, onustus.
Immunis, plenus, cassus, divesq; potensq;:
Cum fretus, vacuus, tum captus, præditus, orbus.
Indignus, liber, viduus, sibi jure Latinum
assumunt

Assumunt casum, ut Summo vir dignu
honore.

Livius *lib 5 decade 4. Hoc (jusjurandum*
Extorris. *patria extorrem in tuam regiam adduxit. Cicer*
Nudus. *ad Att. l. 7. Huic tradita Vrbs est nuda præsidi*
Refertus. *referta copijs. Idem Cælio l. 2. Tu mihi obviam*
Dignus. *mitte epistolas te dignas. Idem pro Q. Medioc*
Contẽtus. *quæstu contentus esse non poterat. Idem de Cla. O*
Inops. *rat. C. Lentulus non tardus sententiis, non inop*
Locuples *verbis Idem 5. Verr. Locuples copijs civitas. I*
dem de Div. l. 1. Neq; hoc Dij alienum ducun
Alienus. *sua majestate. Idem de Provin. Cons. Alienum sit*
Onustus. *videri dignitate imperij. Idem 1. de Divi. Onus*
cibo & vino, perturbata & confusa cernimu
Immunis *Plin. l 17. c. 14. Caprificus omnibus immunis est*
quæ adhuc diximus. Sen. Hippol. Metu immu
nis. Cic 3. de Finib. Eò beatior quisq; sit, qu
Plenus. *sit corporis aut externis bonis plenior.*

Virg. 2 Æneid.

Cassus. *--nunc cassum lumine lugent. Cicer. 1. Offic. I*
Dives. *Crassus tum cognomine dives, tum copijs, Virg*
l. 10. Mantua dives avis. Liv. 1. ab Vrb. Anco re
Potens. *gnante lucumo vir impiger, ac divitijs potens R*
mam commigravit. Ibid. l. 6. novè dixit. Mult
Fretus. *tudo hostium nulli rei præterquam numero fret*
Vacuus. *& oculis. Cic. 2. de Fin. Vacui negotijs honestè a*
liberaliter possumus vivere. Cic. pro Ra. Confecti
Captus. *senectute, præditus morbo, mancus, & membris o*
Præditus. *mnib. captus, ac debilis. Idẽ Figulo l. 4. Rebus om*

nibus

[om]nibus, quibus & natura me voluntas & consuetudo assuefecerat, orbus, Idem 5 de Fin. Liber terrore animus. Colum. lib. 2. cap. 25. Viduus pecudibus ager. Plin. lib. 8 proœm. Nomina vidua fama sua. QVÆDAM ex his (ut supra dictum est) etiam genitivum poscunt: item DIGNVS, Balbus ad Ciceronem libro 8. ad Att. Obsecro te mi Cicero suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis: Suetonius in Othone, c. 4. Vt jam vix ullus esset, qui non sentiret & prædicaret solum successionis imperij dignum. ILLVD Cic. de Arusp deprauatè affertur, Vnum esse in hac ciuitate dignum hujus imperij: sic enim habent libri omnes, Vnum esse in hac ciuitate dignum hujus imperij gloria. INDIGNVS Orbus, Cassus, Onustus eundem casum, rarissimè tamen recipiunt. Orbus. Liber. Viduus. Dignus.

OPVS.

OPus nomen adjectivum, accedente verbo substantivo, ablativum postulat.

Terentius Andria, Nihil istac opus est arte ad hanc rem, quam paro. Cic. ad Attic. Apud Terentiam gratia opus est nobis & tua autoritate. Lib. 14

Sæpe etiam cum substantivis more adjectivorum consentit, neq; tamen in casus declinavit.

Lib. 2. Idem ad Curionem, Dux nobis & autor opus est. Lib. 16. Idem ad Tironem, Is omnia pollicitus est, quæ tibi opus essent. Lib. 6. Idem ad Attic. Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi. Bell: Pun: 10 Livius, Scipio ad comparanda ea, quæ opus erant, tempus habuit.

Opus constructio varia. Opvs cum genitivo junxit Plancus ad COSS. Præt: &c. lib. 10. Epist. Sed aliquantum nobis temporis, & magni laboris, & multæ impensæ opus fuit, ut quæ reip: bonisq; omnibus pollicerem ur, exitu præstaremus: nisi fortè subest aliqua figura, quæ nos latet: nam Temporis, ab aliquantum pendet: genitivi verò Laboris & impensæ, non video unde pendeant. Illud Quintiliani l. 12. c. 3. Sed etiam si nosse quid quisq; senserit, volet, lectionis opus est. Castigatiores codices habent Lectione. Jungebant prisci Opus etiam cum accusandi casu.

Plautus Trucul: Puero opus est cibum.

Vsus cùm Opus significat, eodem modo construitur. Vsus, cum Opus significat, eodem modo ferè construitur. Plaut: Asin:

Viginti jam usus est filio argenti minis.

Virg: 8.

Arma acri facienda viro: nunc viribus usus.
Nunc manibus rapidis. Plaut Pseud:

Ad eam rem usus est hominem astutum, doctũ, scitum, callidum, pro opus est homine astuto, &c. Idem Persa, ad eam rem usus est tua mihi opera.

Cic. 4.

Cic. 4. Tusc. *Vsus pro Opus utitur, sed sine casu, De cæteris studijs alio loco dicemus, si usus erit.* ITAQVE *Vsus pro Opus cum ablativo ferè, apud Poetas maximè Comicos in usu est, Terent: Hecy. Non usus facto est mihi nunc hunc intro sequi.* Vsus pro Opus sine casu apud Cicero:

Adjectiva diversitatis, & numeralia ordinis, ablativum cum præpositione A, vel Ab, admittunt.

Cic. Certa cum illo, qui à te totus diversus est. *Item ad Att: Navigationis labor alienus ab ætate nostra. Idem, Post autem confecta à Carneade qui est quartus, ab Arcesila. Hirtius Imperio, & potentia secundus à rege.* Acad. 4. Lib 6. Acad. 4. Bell. Alex: 4

Alienus etiam genitivo & dativo conjungitur *Cic. 1. de Fin: Quis alienum putet esse ejus dignitatis, quam mihi quisque tribuit? Salust. in Catil: Ille eos in domum D. Bruti perducit, quod foro propinqua erat, nec aliena consilij propter Sempronium. Cicero pro Cæcin: Quod illi causæ maximè est alienum. Quint. l. 1. proœm: Ego autem cum existimem, nihil arti oratoriæ alienum. Vsitatius tamen ablativo jungitur.* Alienus genitivo & dativo jungitur, usitatius tamen ablativo.

Item Securus Liber, Vacuus, Purus, Nudus, Inops, Orbus, Expertis.

Cic. in Verr. His quidem temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, soluti, ac liberi fuerũt ab omni sumptu, molestia munere

Idem pro domo sua, Tam inops, aut ego eram ab amicis, aut nuda Resp. à magistratibus?

Plin. lib. 28 cap. 9. Pelles ejusdem animalis substrata, securos præstant ab eo metu somnos. Cic. de Arus. Quæ tandem est in hac urbe tanta domus ab ista religionis suspicione tam vacua atq; pura? Senec: Epist 3. Mens ab omni labe pura, & splendida, Cic. pro Flac. Vsq; eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum esset Meandrius. Liv. 5. ab Vrb. Ne exulem extorrem. P Romanum ab solo patrio, ab Dijs Penatibus in hostium urbem ageret.

COMPARATIVA.

Comparativo utimur cum ablativo, quando vel plura diversi generis comparantur.

Orat: 1. *Cic. in Catil.* Luce sunt clariora nobis tua
Lib. 9. consilia. *Curt. Majora sunt præmij pericula.*

Vel cum duo ejusdem, aut diversi generis conferuntur.

Cic ad Octa. Quæ non posterior dies acerbior priore? & quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo Rom. illuxit. Virtus multo pretiosior est auro.

Apud *veteres interdum leges comparativum cum ablativo, etiam cum res ejusdem generis conferuntur, Plin. l. 36. c. 7. ubi de generibus mar-*

mori

moris agit. *Pretiosissimi, inquit, quidem generis* Comparativo locus est, etiam si res ejusdem generis conferantur.
Lacedæmoniorum viride cunctis hilarius. Eodem l. cap. 9. ubi de ea navi agit, qua Cajus Obeliscum ex Ægypto Romam importavit. D. Claudius, inquit, aliquot per annos asservatam, qua Cajus importaverat, omnibus, quæ unquam in mari visa sunt, mirabiliorem. Val. Max. l. 3. c. 4. Idem sentit Fabricius Licinius, honoribus, autoritate omni civitate temporibus suis major. Gell. l. 1. cap. 5. Hortensius omnibus ferè oratoribus ætatis suæ, nisi M. Tullio clarior. Virg. 8. Sed cunctis altior ibat Anchises. NOTA. *Juniores Grammatici subaudiunt vocem excludentem, Cæteris, vel, Reliquis. Donat: secunda edit. Servius in eundem. Diom. lib. 1. Prisc. l. 3. docent, Comparativo locum esse etiam cùm res ejusdem generis comparantur. In illo Salustij, Nulla arte cuiquam inferior. Item Plinij, Nulli omnium claritate inferior.* COMPARATIVUS, *ut vides, Dativo adjungitur.*

APPENDIX.

ABlativus comparativi intercedente conjunctione, Quàm, mutari potest in casum verbo congruentem.

Cic. in Verr. Tu innocentior quàm Metellus? Lib. 5.
Idem ad Att. Nemo unquam nec poëta, nec orator Lib. 14.
fuit, qui quenquam meliorem quàm se arbitraretur. Bell. Pun. 10.
Liv. Melior certiorq; est tua pax, quam sperata victoria. Ter. in Phor. Ego hominem callidiorem vidi neminem quàm Phormionem.

Nota. Si ablativus à nominibus, Nemo, Nullus, aut à relativo, Qui, quæ, quod, fiat, non erit locus huic permutationi: *Ut enim bene latinè dicimus, M. Tullio, quod nemo Romanorum fuit eloquentior, caput per summam injuriam abscissum est: Ita ineptè dicemus, M. Tul. quam qui nemo Romanorum fuit eloquentior, &c.*

II. APPENDIX.

COmparativa quemadmodum & cætera adjectiva, cùm partitionem adsignificant, genitivum desiderant.

Ab Urb: 2. *Liv.* In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincebant. *Horat: in arte.* O *Major juvenum.*

Autores tamen sæpius ablativo utuntur cum præpositione E, vel Ex.

Lib: 16. *Cic. ad Attic.* Antè scripta epistola ex duabus

Lib. 8. tuis prior mihi legi cœpta est. *Plin. ad Caninium, Minorem ex duobus liberis amisit.*

Comparativus partitionem significans genitivum admittit. *Cum partitio significatur, potest comparativus genitivum admittere, sive de duobus, sive de pluribus agatur. Sic Liv. Juniores Patrum evincebant. Curt. l. 6. Cleander priores eorum intromitti jubet. Plin. lib. 11. cap. 37. Anima-* [illegible] *crassior: sapientiora* [illegible] *lium fortiora, quibus* [illegible] *quibus minimus: & quibus tenuior: timidiora,* [illegible] *quibus nullus, hebetia. Horat.* [illegible] *l. 5, Clar: Ode. 1* [illegible] *Major Neronum.*

Idem

Idem lib. 1. Serm: Sat: 6. -- *qui se*
Vultum ferre negat Noviorum posse minoris.
SCRIPTORES *sæpius, ut dixi, ablativo cum præpositione utuntur, qui casus partitioni, maximè ubi nomen est comparativum, aptissimus est. Quint: 19. Declam: Ego sum infelicior ex duobus parentibus. Idem 8. Si Dij non sinant, ut ex liberis vilior incipiat esse periturus. Cæsar lib. 3. bell. Civil In testamento Ptolomæi patris hæredes erant scripti ex duobus filiis major, & duabus ea, quæ ætate antecedebat.* ALIQVANDO genitivus in accusativum, accedente præpositione Inter, mutatur. *Quint: dec: 8. Ille quoq; occisus est, qui inter nos, ut apparet, fortior est.*

III. APPENDIX.

PRæter suum casum admittunt comparativa ablativum significantem excessum.

Hercules fuit procerior te cubito. *Curt. Turres denis pedibus, quam murus, altiores sunt.* Lib. 2.

Item casum suæ positionis.

Cic. ad Planc: Mihi nemo est amicior, nec jucundior, nec carior Attico.

Denique hos ablativos, Opinione, spe, æquo, justo, solito, dicto,

Cic. de Clar. Orat: Opinione ego omnium majorẽ cœpi dolorẽ. *Liv. Reate saxũ visum volitare, sol rubere solito magis sanguineoq; similis.* Bell. Pun: 1.

COLUM. *l. 3. c. 19. Malleolus nec major pede, nec dodrante minor esse debet. Ibid. Paulò minor dodrante, longior semipede. Ovid. 4. Fast: Speq; redit citius Cic. de Amic: Ne quod plus æquo in amicitia congeratur. Quint. lib. 9. cap. 4. Membrum longius justo, tardum: brevius instabile esse. Liv. lib. 3. bell. Pun: Dicto propè citius, equum in viam Claudius egit.*

ABLATIVVS SIGNIFICANS laudem, vituperationem, partem.

PLeraq; adjectiva ablativum postulant significantem laudem, vituperationem, vel partem.

Q. *Cicero de petitione Consulatus,* Non erit difficile certamen cum ijs competitoribus, qui nequaquam sunt tam genere insignes, quàm

Lib. I. vitijs nobiles. *Cic. de Orat: Sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuq; corporis, & agrestes, ut etiam si ingenijs aut arte valeant, tamen in Oratorum*

Lib. 2. *numerum venire non possint. Idem in Verr. Ob jus dicendum M. Octavium Ligurem hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copijs, poscere pecuniam non dubitavit. Sa-*

Bell. Catil: *lust. Ex altera parte C. Antonius pedibus æger, quòd prælio adesse nequiebat, M. Petreio Legato exercitum permittit.*

Quamvis oratores liberius substantiva cum adjectivis copulent, ut Vir summa eloquentia, *eximia virtute, excellenti ingenio: tamen non raro ipsis adjectivis ablativum laudis, aut vituperationis attribuunt. Cic. 4. de Fin. Horridiores evadunt, asperiores, duriores & oratione, & moribus. Idem 1. de Orat. Ego neminem nec motu corporis, nec ipso habitu atq; forma aptiorem, nec voce pleniorem, aut suaviorem mihi videor audivisse. Idem de Clar: Ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus.* ABLATIVO *partis rarius utuntur. Idem 4. Tuscul. Ergo is, quisquis est, qui moderatione, & constantia quietus animo est, sibiq; ipsi placatus. Quint. l. 6. c. 4. Qui pedibus æger cum vellet videri commodioris valetudinis, &c.* POETÆ *frequenter, Mart: lib. 12. Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus.* Nota.

APPENDIX.

Ablativum partis frequenter in accusativum mutant poëtæ.

Virg. Os humerosq; Deo similis. *Horat:* Excepto quod non simul esses, cætera lætus. Æn. 1. Epist. Lib. 1.

Item Historici, sed rarius.

Livius. Falarica est Saguntinis missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum. *Pomponius Mela, Sarmatæ totum fœcati corpus, & nisi qua vident, ora etiam vestiti.* Bell. Pun. 1. Lib. 1. cap. 1.

Accusativus Cætera apud Historicos.

CVRTIVS *lib. 6 ablativo usus est. Ego inqu*
cæteris lætus hoc uno torqueor. ACCUSATIVU
Cætera, frequens est *apud Liv. 1. ab Vrb. Pro*
mum regnum cætera egregium, ab una parte ha
satis prosperum fuerat, *Item apud Plinium l. 1*
c. 6. Est & terechyntho similis cætera, pomo am
gdalis. & l. 37 c. 9. Est & alia iris cætera simi
& prædura Gell. l. 19. c. 10 Memini, me quonda
& Celsinum Julianum Numidiam ad Frontone
Cornelium, pedes tum graviter agrum, ire v
sere. HANC *constructionem, quam Serv figura*
Græcam appellat, recentiores Synecdochen v
cant: fortasse non malè, quod subtracta prepo
tio, Secundum, intelligatur à Latinis ut Græ
κατὰ. Nam synecdoche non solùm tropus es
sed etiam lexeos figuræ, cum nimirum subtr
ctum verbum aliquod satis ex cæteris intelligitu
Vide Quintilian: lib: 9. cap. 3. Denique, siv
hac de causa ita appelletur, sive quia id, qu
partis est, toti attribuitur, ut aliqua ex parte s
necdochen tropum imitetur, missa hæc faciamu
nam pueris tenebras offundunt.

DE CONSTRUCTIONE TRANSITIVA VERBI.

Verborum generis quinque à veteribus significatione.

VERBA, *quod ad significationes, seu gen*
ra attinet (utrunque enim teste Dona
& Diomede idem valet) quinque sun

Activa

ctivæ, Paßivæ, Neutra, Communia, Deponen- ſpectata po-
a. ACTIVA, ea demum crediderunt Phocas, nuntur.
onatus, Diomedes cæteriq; veteres, quæ O, li- Activa
ra terminata, paßiva fierent, litera R, appo- Neutra.
a, ut Laudo, Laudor. NEVTRA ſunt, inquit
ONATVS 2. edit: quæ O, litera terminantur,
accepta R, litera, Latina non ſunt, ut Sto,
urro. SVNT etiam neutra, quæ I, litera termi-
antur, ut Odi, Novi, Cœpi, Memini. ITEM quæ
UM, ſyllabam deſinunt, ut ſum, proſum. SVNT
iam quæ in T, literam exeunt, & impersonalia
icuntur, ut Pudet, Tædet, Pœnitet, Libet, O-
ortet: ſed hæc & ſimilia defectiva ſunt exiſti-
anda. SVNT præterea Neutropaßiva, ut
audeo gaviſus ſum, Soleo ſolitus ſum, Fio factus
um, Fido fiſus ſum. Hactenus Donatus. DIO-
MEDES neutra O, litera finita doctè & acutè in
ria genera diſtribuit, quorum alia agentis ſigni-
cationem habent, ſive (ut Phocas nobilis & an-
iquus Grammaticus inquit) quæ actum ſignifi-
ant, & activam habent ſignificationem, ut facio
mbulo, Curro.

Alia quæ patientis habent ſignificationem, ut
Veneo, Vapulo. Alia poſtremò ſunt, in quibus
ec agentis, nec patientis ſignificatio dignoſcitur,
oc eſt, quæ nec actionem & paßionem ſignificant,
t ſedeo, jaceo, ſto, neſcis etiam agat ne quis an
atiatur.

HÆC ultima quidam Supina dixerunt, in-

quit

inquit Diomedes, alij absolutiva. HINC *apertissimè intelligitur, veteres verba omnia, quæ literam R, assumere non possent, quamvis cum accusativo conjungerentur (ut facio, calefacio, odi, novi) in neutris numerasse.* PASSIVA *sunt, quæ ita R, litera terminantur, ut ea deposita, activa fiant, ut Laudor, laudo.* COMMUNIA, *quæ R, litera terminata, tum actionem, tum passionem significant, ut Hortor, complector.* DEPONENTIA, *quæ itidem litera R, terminata actionem tantùm significant, ut Aucupor, loquor.* EGO *(dicam enim quod sentio) quadripartitam existimo esse hanc distributionem.* QVÆDAM *namq; actionem significant, ut Ædifico, curro sequor.* ALIA *passionem, ut Vapulo, verberor* ALIA *tum actionem tum passionem, ut Dignor amplector: de quibus supra in Rudimentis copiose dictum est, multaq; veterum exempla allata sunt.* ALIA *denique nec actionem, neque passionem significant, ut Sedeo, jaceo: hæc & similia propriè neutra sunt, meritoq; Supina verba à quibusdam appellata, quòd videlicet veluti ociosa, resupinaq; stertant, utriusq; actionis expertia.* HACTENUS *de verborum generibus.*

Passiva. Communia. Deponentia. Autor dicta sat quatuor esse docet. I. II. III. IIII.

QVOD verò ad constructionem attinet, duplex est verbum. Alterum Intransitivum, quod post se, aut nullum casum habet, *ut Venio, redeo* aut similē præcedenti. *Liv. 1. ab. Vrb. Justè piè legatus venio. Terent: Andr: Redeo inde iratq, atq;*

Intransitivum.

ægre

grè ferent: de quo supra dictum est. Alterum Transitivũ.
Transitivum, quod in casum diversum à præcedente transit: hoc in Activum, Passivum, & Neutrum partitur. Activum verbum est, quod post se accusativum postulat, cujuscunq; sit positionis, *ut laudo, facio, sequor, amplector, odi: Doleo vicem tuam, Ingrati animi crimen horreo, quamvis hæc duo postrema, & similia, neutropassiva possint appellari, ut postea dicemus. Libenter hoc genus verborum si per Grammaticos liceret, Accusativum appellarim: quemadmodum quidam veterum accusativas præpositiones vocant, quæ accusandi casu gaudent.* Passivum est, quod in ablativum transit, cum præpositione A, vel Ab, *ut Laudor è te. Senec. Epist. 91. Infirmiores à validioribus tuebantur. Varr. Flac. apud Priscian. lib 8. Sevitiáq; eorum abominaretur ab omnibus. Hoc ferè in OR, desinit.* Neutrum quod transit in genitivum, dativum, vel ablativum casum, *ut Egeo tui, Opituler sibi, Fungor meo munere.* QVÆ *diximus, de proprijs casibus accipienda sunt: nam de communibus omni verborum generi, post dicendum erit. Per hæc tria genera fusi, atq; dispersa sunt Impersonalia, Activa, ut Gaudet, piget: Passiva, ut Pugnatur, Itur. Neutra, ut Libet, licet.* DE NEVTRIS *primò dicemus tum quia casuum ordo ita exigit, tũ (quod magis me movet ut cogniti neutrorum turba facilius cognoscant adolescentes activa sive accusativa verba,*

GENITIVUS POST VERBUM.

SVM genitivum petit, cum Posseſſ nem significat.

Lib. 2. Cic. ad Cælium. Iam me Pompeij totum

Philip. 12. ſcis. *Aut aliquid pertinere. Idem in M. Ant Cujusvis hominis eſt errare: nullius niſi inſipi*

Lib. 1. *tis, perſeverare in errore. Idem de Offic. A*

Lib. 2. *leſcentis eſt majores natu vereri.* Item h

Lib. 9. cap. 4 duo, Intereſt, & refert. *Idem de Finib.* Int eſt omnium rectè facere. *Quintilian: Pl mum refert compoſitionis, quæ quibus antepo*

Eſt, Intereſt & Refert impersonalia. *EST, Intereſt, Refert, cum officium, atq; rem pertinere ſignificant, prima & ſecunda p ſona carent: quæ de cauſa impersonalia ver ſive verba ſine perſonis, (ut Varro loquitur) ſunt appellari.*

Nota. *ITAQVE cum verbum impe nale dicimus, præpoſitio, In, privationem dec rat primæ, & ſecundæ perſonæ, quibus verb privatur, non nominativi, ſive perſonæ agen ſeu patientis, ut Grammatici juniores volu Sed de hac re ſupra in Rudimentis dictum pluraq; ſuo loco dicemus.* Hæc tria verba

Hæc antecedit modo nominativus apertè. *ad rem redeamus)* modò nominativum ha apertè. *Cic. 5. Tuſc. Sapientis eſt propri nihil quod pœnitere poſſit, facere. Idem in p tit: Quod enim permagni intereſt, ſæpe pro*

ceſſa

rio habetur. Idem ad Rufum l. 5. Non scri-d quod tua nihil referebat. Modò infini-n verbum, aut orationis membrum loco minativi accipiunt. *Idem 2. de Orat: Tar-ingeij est rivulos consectari, fontes rerum videre, Idem ad Appium lib. 3. Vtriusq; no-m magni interest, prius ut te conveniam, m decedas: (Prius ut te conveniam, quam de-as) hoc membrum, sive pars totius orationis, bi interest nominativus est. Itidem, Majo-natu vereri, vice nominativi ponitur.* NISI *s velit, Officium seu proprium, subaudire: ut olescentis officium est, majores natu vereri: ut d, Sapientis est proprium, nihil, quod pœnite-possit facere.*

EXCEPTIO.

Interest tamen & refert, hos ablati-os habent, Mea, Tua, Sua, Nostra, stra.

ero Tironi, Et tua, & mea, maximè inter-te valere. *Terentius in Hecyra, Tua quod il refert percontari desinas. Cic: pro Cluent: c sua putat interesse, se re ipsa, & gesto nego-, non lege defendi. Idem pro Sylla, Vestra e-n, qui cum summa elegantia, atq; integritate cistis, hoc maximè interest.* Lib. 18.

Cuja, vel Cujus interest, perelegan-r dicitur.

Cicero

Cicero pro Vareno, Ea cædes si potissimum crimini datur, detur ei cuia interfuit, non cuja nihil interfuit. Idem in M. Antoniu
Philip. 6. Quis enim est hodie, cujus intersit istam legem manere?

PRISCIANUS lib. 12. Interest & refert, inqu genitivo solent adjungi omnium casualium, ab supra dictis quinque pronominibus, pro quorum g nitivis ablativos ponimus, possessivorum, ut I terest & refert mea, tua, sua, nostra, vestra. Cu quoque infiniti possessivum, cum supradictis ver pro genitivo primitivi ponitur. Cic. pro Va no. Ea cædes si potissimum crimini datur, det ei cuia interfuit, non ei cui nihil interfu Hæc ille. VIDES ut Priscianus, qui de Comi versibus accuratissimè scripsit, affirmet Mea, tu sua, nostra, vestra, cuja, casus esse ablativos, n accusativos? Scio quantas tragœdias hi ca excitaverint: alij enim summa vi nituntur d cere, accusandi esse, quibus Plautinos ac Ter tianos pedes non arbitror admodum favere, c eos huc atque illuc, non secus ac Lesbiam norm flectere ac torquere possis: Illud Donati in T rent. Phorm. Quid tua, malum, id refert? m gis urget. Et quære, inquit, quomodo dicat Quid mea, Quid tua? an deest, ad? ut ad mea, ad tua? Sed hæc viderint ijdem Co phæi. PUERI dumeta ista ne per somni quidem attingant. Quibus genitivis jungan pronom

Mea, tua, sua. &c. Ablativi sunt non accusativi.

pronomina Meus, tuus, suus, noster, vester: Item dicaturne bene latinè, Tua adolescentis interest majores natu vereri: Mea consulis refert Remp: vigilanter administrare: & cætera id genus, suo loco invenies.

Verbum est, pro Ablativis, Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, habet Meum, Tuum, Suum, Nostrum, Vestrum.

Cic. de Fin. Si memoria fortè defecerit, tuum est, ut suggeras. *Idem Cæcinnæ. Puto esse meum, qui sentiam exponere. Ovidius, Nulla mora est operi: vestrum dare, vincere nostrum.* Lib. 2. Lib. 6. Fastor. 4.

APPENDIX.

MAgnum, Parvum, tantum, quantum, iunguntur in genitivo cum verbis Interest, & Refert.

Cic. ad Tironem, Magni ad honorem nostrum interest, quàm primum me ad vrbem venire. *Idem ad Att. Permagni nostra interest, te esse Romæ. Idem ad Q. Frat. Parvi refert, abs te ipso jus dici. Pompejas Lentulo, Scio quanti Reip. intersit, omneis copias in unum locum primo quoque tempore convenire.* Lib. 16. Lib. 2. Lib. 1. Episto. ad Atticum 8.

Obiter notabis verbum Interest, loco genitivi, posse accusativum cum præpositione ad, recipere. *Cic. Luceio lib. 5. Et quidem ad nostra laudem, non multum video interesse. Postremum locum quidam legunt, Scio* Interest recipit accusativum cum præpositione Ad.

quanti reipub. sit: Intersit tamen legendum esse confirmat epistola Ciceronis 15. ejusdem lib. ad Pompejum, in qua refert Cicero eadem verba, Magniq́ꝫ, inquit, interesse reipub. scripseras, omnes copias primo quoqꝫ tempore in unum locum convenire. Cicero pro lege Manil. Etenim illud primum parvi refert, vos publicanis amissa vectigalia, postea victoria recuperare. Vlpian. lib. 47. Pand. Scilicet si tanti interfuit.

Cætera hujusmodi per adverbium adduntur, ut Plurimùm interest, maximè refert, Nihil interest.

Lib. 5. *Cic. 1. Tusc.* Theodori quidem nihil interest humi ne, an sublimè putrescat. *Idem ad Luceium, Equidem ad nostram laudem non multùm video interesse: sed ad properationem meam quiddam interest, non te exspectare.*

Adverbia jungnntur cum interest & refert.

Hvivs classis sunt, Parùm, paululùm, aliquantulùm, multùm, permultùm, magis, maximè, minùs, minimè, nihil, aliquid, vehementer, tantopere, magnopere, infinitùm tantulùm, plùs, plurimùm. Plin. lib. 16. cap. 30. Infinitùm refert lunaris ratio. Cæterorum passim occurrunt testimonia: quæ, ne longus sim prætermitto. Qvantvm *apud Ciceronem invenies. Pro Mur. Ostendam alio loco, quantùm salutis communis intersit, duos consules in repub. Kal. Januarij esse. Idem pro Mil. Semper ille, & quantùm inter*

esse

esset Publij Clodij, &c. *Plin. lib. 2. capite 16.* TANTUM *interest, subeant radij, an superveniant.*

Misereor, Satago, genitivum casum adsciscunt.

Cicero Attic. Qui misereri mei debent, non desinunt invidere. *Terentius Heaut. Clinia rerum suarum satagit.* Lib. 4.

Misereor interdum dandi casum postulat,

Seneca, Misereor tibi puella.

MISERENDI *verbum etiam dandi casum olim habuisse, apertè Diomedes, & Priscianus docent, & quod pluris faciendum est, illud Senec. lib 1. Controvers. Controversia, Fortuna hoc me cogit pati, misereri debent omnes mei. Et ego misereor tibi puella, sed non facimus miserandas sacerdotes. Sic habent libri correctissimi. Adducitur & alter locus ejusdem à quibusdam, de vita beata cap. 2. Hunc promereor, illi reddo, huic misereor. Priscianus tamen docet in veteribus codicibus haberi, Hujus misereor. Vide ejusdem castigationes. Neq; illud Ciceronis 2. Tusc.* Lib. 1. Controvers.

Perge, aude, nate, illacryma patris pestibus,
Miserere: gentes nostras flebunt miserias,

videtur ad rem facere: cum dativus Pestibus, non cum verbo Miserere, sed cũ illacryma jungatur Illacrymor & illacrymo cum dativo

quod elegantiſſimè dandi caſum petit. Idem 3 de Nat. Quid dicam de Socrate, cujus mort illacrymari ſoleo, Platonem legens? Liv. 10. bell Maced. Meo infelici errori unus illacrymaſti Recolo tui, nondum apud veteres, quod meminerim legi.

Obliviſcor, recordor, reminiſcor memini, pro recordor, tum genitivum tum accuſativum poſtulant.

Philip. 8. *Cicero 3. Tuſc.* Eſt proprium ſtultitiæ, alio rum vicia cernere, obliviſci ſuorum. *Idem i M. Antonium, Omnium obliviſcor: in gratiam redeo: Terent. Eunuch. Faciam ut me ſempe memineris. Cicero de Senect. Omnia quæ cu rans ſenes, meminerunt.*

CICERO *pro Planc. Hujus meriti in me recor dor. Idem 2. in Rul. Eſt operæ pretium majorum diligentiam recordari. Cæſar 1 bell. Gall. Si cello perſequi perſeverat, reminiſceretur, ut ve teris incommodi Romanorum, priſtinæq; virtu tis Helvetiorum. Sulpitius Ciceroni l. 4. Ea p tius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſun*

Recordor, Meminipro Recordor, gaudent etiam ablativo cum præpoſitione: RECORDOR, *Memini pro recordor, etiam cum ablativo, & præpoſitione, De jungitur. Cic. pr Planc. Quoniam de iſtis veſtris lachrymis reco dor, quas pro mea ſalute ſæpè & multùm profu diſtis. Idem ad Atticum, 15. De Planco mem ni. Ibidem, Et de Herode & Metio memini, & de omnibus, quæ te velle ſuſpicor.* EX illo C

ceronis loco pro Ligar. Quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenij tui, te aliquid de hujus Quæstoris officio cogitantem, etiam de alijs quibusdam Quæstoribus reminiscentem recordari. Non satis intelligitur, an Reminiscor eadem modo construatur, nam ablativus (de alijs quibusdam Quæstoribus) ad infinitum, Recordari, referri potest, siquidem reminiscendo, aliquid in memoriam reducimus, ac recognoscimus. Idem 1. Tusc. Declarare se non tum illa discere, sed miniscendo cognoscere. Sic illic reminiscentem pro reminiscendo videtur positum.

Memini pro mentionem facio, cum genitivo vel ablativo, & præpositione De, jungitur.

Quintilianus, Neque omnino hujus rei meminit usquam poëta. *Idem. De quibus multi meminerunt.* Lib. 11. c. 12. Ibidem.

DATIVUS POST VERBUM.

SVM, modò Dativum unum habet.

Cicero Attico, Sed nunciant, melius esse ei. Lib. 16.
Terentius Adelph, Natura tu illi pater es, consilijs ego.

Modò duos.

Cicero Attic. Respondebo primùm postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit. Lib. 6.

Sum, junctū cum Dativo explicatur per habere Afficere, seu Afferre.

SVM, *variè cum dativo jungitur; modò enim pro habere ponitur, ut sunt mihi omnia scripta Ciceronis. Summa necessitudo mihi tecum est.* CVM *duobus dativis junctum plerunque per verbum Afficio, seu affero exponitur: Epistola tua fuit mihi magnæ molestiæ, voluptati. Et parentibus honori, & amicis utilitati, & reipub. emolumento esse poteris.* MODO *dativus pro nominativo ponitur. Cic. 1. de divinat. Quod ne dubitare possimus, maximo est argumento quod nuper contigit. Idem pro domo sua, libertatis simulacrum in ea domo collocabas, quæ domus ipsa erat indicio tui crudelissimi tribunatus.* DENIQVE *multa quæ putantur dativum habere, ut Proximus, Propinquus, Cognatus, Amicus, Socius, Familiaris, Commilito, Conservus, Condiscipulus, & alia id genus substantiva dativum habent, beneficio verbi substantivi, ut Cæsar est propinquus Marcello. Lentulus est familiaris Ciceroni.* NAM *hæc separata à verbo substantivo non dativum habent, sed genitivum, ut Annibal occidit omnes propinquos Fabij, non Fabio. Omnes commilitones Julij jugulati sunt, non Julio.* PROXIMVS, *propinquus, Cognatus adjectiva, & quæ sunt generis ejusdem, dativum ferè postulant, etiam absente verbo, Sum.*

Dativus pro Nominativo. Se

Verba quæ Auxilium, Adulationem, Commodum, Incommodum

Favo

Favorem, Studium significant, dandi casum postulant, ut Auxilior, Adulor, Commodo, Incommodo, Faveo, Studeo Philosophiæ.

Cic. in Verr. Homini jam perdito, & collum in laqueum inserenti subvenisti. *Cic. de Orat.* Cùm ita balbus esset Demosthenes, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planiùs eo locutus putetur. Lib. 6. Lib. 1.

EXCEPTIO.

INcumbo cùm ad studium refertur, accusativum cum præpositione In, postulat, ut Incumbo in id studium philosophiæ literarum, &c.

Cicero de Orator. Quamobrem pergite, ut facitis adolescentes: atque in id studium, in quo estis incumbite. *Idem ad Atticum*, nunc mi Attice tota mente incumbe in hanc curam: magna enim res est. Lib. 1. Lib. 16.

Vel AD.

Idem ad Plancum. Mi Plance incumbe toto pectore ad laudem. *Idem in Catil.* Quare Patres conscripti incumbite ad salutem Reipublicæ, circumspicite omnes procellas, quæ impendent. Lib. 10. Orat. 4.

APPENDIX.

Nota. Orat. 4. Lib. 2.

CONsulo tibi, hoc est, prospicio tibi, non consilium do.

Cic. in Catil. Consulite vobis, prospicite patriæ.

Consulo tè, id est, consilium à te peto. *Cic. in Verrem*, Nunc ego Iudices jam vos consulo, quid mihi faciendum putetis: id enim consilij mihi profecto taciti dabitis, quod egomet mihi necessariò capiendum intelligo.

AUXILIUM *significant, Auxilior, Opitulor, Patrocinor, Subvenio, Succurro, Medeor, Medicor.* ADVLATIONEM, *Adulor, Assentor, Blandior, Lenocinor, Palpor, Supparasitor.* COMMODVM, *Consulo, Provideo, Prospicio, Caveo, Metuo, Timeo.* INCOMMODVM, *Doleo, Displicio, Incommodo, Detraho, Impono, Insulto, Illudo, Insidior, Irascor, Malecupio, Maledico, Malefacio, Malevolo, Noceo, Officio, Obtrecto.* FAVOREM, *Faveo, Studeo, Arrideo, Assentio vel assentior, Accede tibi, & tuæ sententiæ, Adstipulor, Benefacio, Benignefacio, Benecupio, Benedico, Benevolo, Consentio, Subscribo, Suffragor.* STVDIVM, *Studeo, Vaco, singulorum exempla frequentissimè tibi occurrent. Quare ad alia transeamus.*

Dativo itém adhærent composita ex verbo Sum, & quæ obsequium obedientiam, submissionem, repugnantiam,

m significant, ut Prosum, Obsequor,
otempero, Servio, Repugno tibi:
Cic. de Offic: Contemnuntur ij, qui nec sibi, Lib. 2.
c alteri prosunt, (ut dicitur,) in quibus nul-
s labor, nulla industria, nulla cura est. *Idem*
Syl. Ego verò quibus ornamentis adversor tu-
aut cui dignitati vestræ repugno?

QVÆ ex verbo substantivo componuntur, sunt Composita ex verbo substantivo Sum.
c, Absum, Adsum, Desum, Insum, Intersum,
sum, Præsum, Prosum, Subsum, Supersum, quæ
alios casus possunt admittere, accedente præpo-
one, ut Nec in Antonio defuit hic ornatus: In
tione perfecto inest omnis philosophorum scien-
: Roscius ne in convivio quidem ullo inter-
it? In hac re nulla subest suspicio. Pauca sen- NOTA.
tiæ ad consulatum defuerunt. Hæc apud Cice-
em & his similia, ejus scriptis evoluendis, leges.
RBVM, *Possum, quamvis his genere, & cogna-*
ne proximum sit, usu tamen alienum est. Cice- Possum cũ Ablativo.
pro Sext. Rosc. Apud me & amicitia, & bene-
ijs, & dignitate plurimùm possunt. Pro eodem,
o, qui neque usu satis, & ingenio parùm possum.
ngitur etiam cum accusativo, qui tamen à ver-
, Facio, & Ago, videtur regi. Cicero pro
nc. Quid enim possum aliud nisi mœrere: nisi
e? OBSEQVIVM *significant, Inservio, In-*
lgeo, Morigeror, Obsecundo, Obsequor, Placeo,
tisfacio.

BEDIENTIAM, *Ausculto, Obedio, Obtem-*

Obtempero, Pareo. SUBMISSIONEM, *Ancillor, Famulor, Servio, Cedo.* REPUGNANTIAM, *Adversor, Obsto, Obsisto, Obstrepo, Reluctor, Repugno, Resisto, Reclamo, Refragor.*

Dandi præterea casum desiderant quæ eventum significant: ut Accidit, Cadit, Contingit, Evenit, Obvenit, Obtingit.

Cic. ad Quint. Frat. A te mihi omnia semper
Lib. 1. honesta & jucunda ceciderunt. *Idem in Verr.*
Lib. 4. *Sorte provincia Sicilia Verri obvenit. Idem de*
Lib. 1. *Off. Quod cuique obtigit, id quisq; teneat.* EJUSDEM *generis sunt, Incidit, Cedit, Succedit, Benevertit, Malevertit, Usuvenit: quæ prima & secunda persona privantur. Unde verba sine personis, quando præcipuis personis carent, nominantur, sive Impersonalia, eodem sensu.* HÆC *habent à fronte nominativum casum Modò apertè, Cic. de Senect. Si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usu venirent omnia. Sal. Jugurth. Metelloq; Numida evenit. Livius 3. ab Urb. Quod bene veteret ipsi, reiq; publicæ.* MODO *membrum orationis, vice nominativi. Quint. 6. Declamat. Non contigit mihi, qui cæteris miserrimum est filium efferre. Cic. 3 in Verr. Accidit, ut illo die veniret Lampsacum.*

Item Libet, Licet, Liquet, Expedit, & quæ sunt generis ejusdem.

Terent. Adelph. Facite quod vobis libet. *Ci*

Orat. *Si tibi id minus licebit, non te urgebo.* Lib. 2.
em in Verr, Non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt. Idem Acad. Si habes, Lib. 7.
tot tibi liqueat, neque respondes superbis. Lib. 4.

HÆC, *ut apertum est, nominativus antecet. Cic. pro Marcel. Multi dubitabant, quid timum esset: multi quid sibi expediret.* ANTECEDIT *& infinitum sive orationis membrum, co nominativi. Cic. 5. Tusc. Peccare nemini cet. Idem de Senect. Non libet mihi deplorare itam.* Generis ejusdem sunt, Conducit, ompedit, Constat, Dolet, Suppetit, Superat ro suppetit, Suppediat pro suppetit, Præstat, lacet, Restat, Stat, Sedet, pro placet. *Cic. ad uf. l. 13.* Conducit hoc tuæ laudi. *Plin. Comerit fermè & hoc omnibus. Cic. 5. in Verr. Nymo, antequam planè constitit, condemnatur.*

Terent. Adelph.

Sed hoc mihi dolet, nos penè serò scisse.

ic. Parad. Uter igitur est ditior, cui deest, an ui superat? Idem de claris Orat. Cui si vita suppeditasset, Consul factus esset. Idem Tironi lib. 16. ibi placebat si firmior esses, ut te Leucadem deortares. Idem pro Sest. Multò mihi, multò inuam, Judices præstat, in eandem illam recidere rtunam, quam tantam importare meis defensoribus, & conservatoribus calamitatem. Idem 3. Off. Qui è divisione tripartita, duas partes absolverit, uic necesse est restare tertiam. Virg. 5. Idq; pio der Ænea.

Cic. Var.

Cic. Varroni l. 9. Modò nobis stet illud, unà vere in studijs nostris. Adde supra dictis, I cessit, Accedit. Confert, Convenit, Patet, V cat. *Liv. 1. belli Maced.* Gravior cura Patrib incessit. *Cicero pro Quinctio, Illud quoq; no accidit incommodum. Quint. l. 3. c. 9. Inter confert admirationi multùm etiam infirmita ut cum idem, Tydea paruum, sed bellatorem cit fuisse. Cic 3. de Fin, Posterius priori non co venit. Idem Attic. 4. Velim domum ad tuos sc bas, ut mihi tua libri pateant, non secus, ac si i adesses.*

Ovid. 2. de Trist:

Non vacat exiguis rebus adesse Jovi.

Multa deniq; ex verbis neutris, c præpositionibus Ad, Con, In, Inte Ob, Præ, Sub, dandi casum sibi assu munt, ut Assurgo, Convivo, Immine Illacrymo, Intervenio, Obversor, Præ luceo, Succumbo.

Cicero pro Sest. Mihi ante oculos observ
Lib. II tur reipub dignitas. *Idem in Sall. Ego me majoribus virtute præluxi. Cicero in Bruto. T obsecro ut in perpetuum Rempub. dominatu reg liberes: ut principijs consentiant exitus.*

MULTA *sunt hujus loci, quorum nonnulla test monia afferam. Cic. in Pison. Quis tibi paruit quisnam in curiam venienti assurrexit? Idẽ pro d*

mo su

o sua, Impendebat direptio, imminebat tuus ror omnium fortunis. Sueton. in Vesp. cap. 15. stis suppliciis illacrymavit etiam, & ingemu- Livius 1. ab Vrb. Huic orationi Servius cum tervenisset. Ibidem, Muro lapideo circumda- vrbem parabat, cùm Sabinum bellum cœptis tervenit. Cicero pro Dejot. Dejotarus nun- am succumbat inimicis, ne fortunæ quidem. rc spectant, Acclamo, Accubo, Accumbo, Ac- esco, Adjaceo, Adnascor, Assisto, Assideo, Af- sco, Consuesco, Insulto, Inhio, Incumbo, Indor- io, Incubo, Illuceo, Impendeo Ingemisco, In- sco, Insideo, Interjaceo, Occurro, Occurso, repo, Oborior, Obequito, Præsideo, Praeo, æcurro, Subjaceo, Subrepo, Succresco, Subo- , Succlamo, & alia quæ ordine elementorum gesta paulò post videbis. SVNT preterea, quæ ctenus numeravimus, alia, quæ locis commu- bus comprehendi minimè possunt, ut Confido, ubo, Proficeo, Sufficio, Hæreo, itemq; cætera. EQVE ij loci, quibus usi sumus placent: nam rba quàm plurima necessario sunt excipien- , si rem diligentius inspicias. Quid Juvo, ljuvo, Levo, Sublevo, Erigo, Confirmo, Cor- boro, Alo, Nutrio, Sustento, Hortor, Moneo, alia penè infinita, nonne ad auxilium, commo- m, favorem pertinent? Perdo, Vexo, Infesto, ucio, Occido, & alia innumera, quis non videt commodum significare? Quæ cum ita sint, vi- e est non inutile, neutra, quæ dativum admit-

Lectita.

terent, litterarum ordine recensere, non ut me-
moriæ à pueris mandetur, sed ut crebrius legatu

NEVTRA QVÆ DATIVVM PETUNT ORDINE LI- terarum.

A ABSVM, *Acclamo, Accumbo, Accubo, A-*
cresco, Accedo tibi & tuæ sententiæ, id es
assentior, Accedit hoc meis malis, pro additu
Acquiesco, Accidit, Adsum, Adulor, Adhære
Adhæresco, Allaboro, Adequito, Adnascor, A-
no, Adnato, Advolvor, Affulgeo, Antecedo, A-
tecello, Anteeo, Antesto, Ancillor, Appareo, A-
plaudo, Appropinquo, Arrideo, Assisto, Assideo,
Assuesco, Assurgo, Asservio, Assentor, Assentio
B *Adstipulor, Ausculto, pro obedio, Auxilior. B-*
necupio, Benedico, Benefacio, Benignefacio,
Benevolo, Bene sit tibi, Benevertat, Blandio
C *Caveo, Consulo, pro prospicio, Confido, Conse-*
tio, Consuesco, Commodo, pro prosum, Cedo, p
locum do, Conducit, Confert, Cedit, Cad
D *Contingit, Competit, Constat, Collibit. Det*
bo, Despero, Deservio, Desum, Deficio, Disp
E *ceo, Dissentio, Diffido, Dolet. Evenit, Ex*
F G *dit, Excello. Fido, Famulor, Faveo. Gratul*
H I *Gratificor. Hæreo. Illado, Illabor. Ince*
Indulgeo, Insum, Insulto, Inhio, Incumbo,
innitor, Inservio, Insusurro, Insisto, Ignosco,
lacrym

lacrymo, Incommodo, Indormio, Incuto, Illuceo,
pono, pro decipio, Impendeo, Immineo, Im-
rror, Inhæreo, ingemisco, Invideo, Irascor, In-
as, Innitor, Insto, Insuesco, Insideo, Interve-
o, Interjaceo, Intersum, Intercedo, id est op-
mo me, & impedio, Interdico, pro repugno. Li- L
t, Licet, Lenocinor, Liquet Malecupio, Ma- M
ledico, Malevolo, Malefacio, Malefit, Male-
rrat, Medicor, Medeor, Metuo amicè, Mo-
reror, Modeor, id est, modum adhibeo. Nubo, N
ceo Obedio, Obsecundo, Optempero, Obse- O
or, Obluctor, Obsto, Obsisto, Obtrecto, Oborior,
nitor, Obrepo, Obsum, Obloquor, Obequito,
irascor, Obversor, Obvenit, Obtingit, Occur-
. Occurso, Officio, Opitulor. Palbor, Patet, P
trocinor, Placeo, Parco, Pareo, Præsto, Præ-
m, Præcurro, Præeo, Præcello, Præluceo, Præ-
eo, Provideo, Prospicio tibi, id est, consulo
bi, Præstolor, Præstat, Proficio, Prosum, Proxi-
o. Recipio tibi, id est, promitto, Renuncio, id R
t abstineo, & alieno me, Refragor, Reclamo,
luctor, Repugno, Resisto, Respondeo, pro satis-
cio. Subjaceo, Succurro, Succedo, Succresco, S
cclamo, Suboleo, Subrepo, Succumbo, Subsum,
bservio, Subscribo, id est, assentior, Sufficio,
est, par sum, Suffragor, Servio, Supersum, Sup-
eit, Suppeditat, & Superat, pro Suppetit, Sa-
facio, Stat, Studeo, Supplico. Timeo amici- T
, Tempero, pro abstineo. Vaco, id est, operam V
, Vacat, Usuvenit, Venit mihi in mentem.

DATIVVS VEL ACCVSATIVV POST VERBUM.

ANtecedo, Anteeo, Antesto, Ant verto, Attendo, Præsto, Præcurr Præeo, Præstolor, Incessit, Illud dandi, vel accusandi casum admi tunt.

Lib. 4. *Cic. de Fin.* Virtus tamen præstat cæte
Bell. Mác. 7. rebus, ut dixi vix possit. *Liv. Robore navium virtute militium, Romani Rhodios præstabant*

VERBA, QVÆ VARIOS CASVS POSTVLANT.

Verba quæ varios casus pro varia significatione admittũt. *SUNT quædam verba, quæ varios casus pro v ria significatione admittunt, cujusmodi sun Ausculto, Caveo, Consulo, Cedo, Commodo, Dete bo, Formido, Incumbo, Impono, Insideo, Inter co, Moderor, Metuo, provideo, Prospicio, Recip Respondeo, Subeo, Succedo, Superat, Suppedit*

Quædam eadem manente significatione diversos admittunt. *Sufficio, Timeo. Hæc ambigua appellantur. A eadem manente significatione, varios nihilom nus casus habent: hujus generis sunt antecedo, A teo, &c. Cic. 2. Offic. Natura hominis pecudib cæterisq; bestijs antecedit. Cæsar 3. belli G*

Antecedo. *Scientia atq; usu nauticarum rerum cæter antecedunt. Cic. 9. Philip. Cùm Servius S*

Anteeo. *pitius ætate illis anteiret, sapientia omnib*

subi

ubitò ereptus totam legationem orbam, & debi-
itatam reliquit. Idem 2. Offi. Admiratione qua-
lam afficiuntur ij, qui anteire cæteros virtute
utantur: Idem 2. de Invent. Crotoniatæ omni-
us corporum viribus antestiterunt. Pomp Me- Antesto.
a. lib. 3. cap. 6. Ex ijs Codamonia, quam adhuc
Teutones tenent, ut magnitudine alias, sic fœ-
unditate antestat. Terentius Eunuch. Miror, Anteverto.
bi ego huic anteverterim. Tacitus, Damnatio-
em veneno antevertit. Cic. pro Archia. Quo-
iam me in hoc genere dicendi tam diligenter
ttenditis Ibidem 3. de Finib. Quare attendo Attendo.
e studiosè. Idem pro Cluent: Attendite exitum.
Proximum seculum dativum dedit huic verbo.
Plin. l. 1. Epist. Nunc rogo te, ut non tantùm u-
iversitate ejus attendas, verùm etiam, &c. Idem
ib. 7. Neminem despicit, ac ne sermonibus qui-
em malignis attendit. Idem in Panegy. Jurat
 legem ardentibus Dijs, nam cui magis, quam
Cæsari attendant? Suetonius in Galba pro ope-
am dare, videtur posuisse. Inter liberales, in-
uit, disciplinas attendit & juri. Cic 4. in Ca-
il. Hæc non ut vos qui mihi pene studio præcur- Præcurro
itis excitarem, locutus sum. Idem in Orat. Ho-
um uterq; Isocratem ætate præcurrit. Idem pro
Milone, Hesterna etiam concione incitati sunt,
t vobis voce præireet, quid judicaretis. Plin. l. Præeo.
8. c. 2. Descripto præter aliquem. Livius 8 ab
rb. Agedum Pontifex publicius populi Roma-

ni, prai verba, quibus me pro legionibus devo-veam. Terent. Eunuch.

Quem præstolare Parmeno hic ante ostium.

Prestolor *Cicero Attic. 2. Ita tamen ut quoniam tu nihi certi scribis, in Formiano tibi præstolor usq; ad tertium nonas Maij. Idem ad eundem, 3. Ego huic spei, & expectationi, quæ nobis proponitur, maximè tamen volui præstolari apud te. Idem 1 In Catil Quanquam quid ego te invitem, a quo jam sciem esse præmissos, qui tibi ad Forum Aurelium præstolarentur, armati? Valerius Maximus in prol. Nec mihi cuncta complectendi cupi-*

Incesso. *do incessit. Liv. 1. ab Vrbe, Gravior cura pa-tribus incessit. Colum. l. 22. c. 10. Incessit homi-nibus sterilitas annonæ. Incessit multò frequen-tius cum accusativo legitur. Liv. 1. ab Vrb. T. mor deinde Patres incessit. Idem 4. bell. Pu. Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiun-di. Libro 7. deca. 4. Limor incessit Livium. Ta-citus lib. 1. Cùm Pannonicas legiones timor in-cessit.*

Terentius Andr:

Nova nunc religio unde te istæc incessit?

Illudo. *Cicero pro domo sua, hic non illud authorita-borum omnium, qui adsunt summorum virorum. Idem 1. de Orat. Ipsa verè præcepta sic illuderi solebat.* ADULOR *etiam cum accusativo jungitur.*

Adulor. *Cic. in Pison. Sine ulla specie consulari horrente, trementem, adulantē omnes, videre te volui, v.*

Despero.

Colum. l. 7. c. 22. de canibus illi quoq; furem adulantur. DESPERO cum accusativo: Cæsar 5. bel. Gall. Desperare fugam. Cic. 2. in Catil. Honores, quos quieta repub. desperant, perturbata consequi posse arbitrantur. CUM dativo. Idem in Pison. Quid? quod tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis, in sordibus lamentis, luctuq; jacuisti? Cæsar 3. bell. Gall. Suis Fortunis desperare cœperant.

Frequenter junguntur accusativo raro dativo Allatro.

Allatro, Præcedo, Antevenio, Deficio, frequentissimè cum accusativo junguntur, raro cum dativo. Plin. de viris illustr. In capitolium intempesta nocte eunti nunquam canes allatraverunt.

Plautus Asinar.

Præcedo. Antevenio

Ut vestræ fortunæ meis præcedunt Libane longè. Antevenio apud eundem leges cum eodem casu. Cæsar. 3 bell. Gall. Cum jam amplius horis sex continenter pugnaretur, ac non solum vires, sed etiam tela nostris deficerent.

Deficio.

Cicero accusativo utitur. 4. In Verr. Me dies, vox, latera deficerent si hoc nunc vociferari vellem. Idem pro Sex. Rosc. Tempus hercle te citius, quàm oratio deficeret.

Medicor.

Insulto, Medicor, interdum accusativum habent, ut Decet, dativum Indignor, cum accusativo rei jungitur. Quint lib. 6. Quidam indignantur imperia, quosdam continet metus. Cic. 2. de invent. Et dicere ea, quæ indignantur adversarij, tibi quoq; indigna videri.

Indignor cũ Accusativo rei jungitur Insulto.

Insulto frequenter dativo jungitur. Livius 1. ab Urbe, Satis

illum diu per licentiam eludentem insultasse bonis: Rarius accusativo. Terent. Eunuch. Insultare fores calcibus. Tacitus lib. 4. Qui nunc pa-pientiam senis, & segnitiam juvenis juxtà insultet.

Medicor. *Medicor.* Terent: Andr.

-- quum ego possim in hac re medicari mihi?

Ibidem. *-- gnato ut medicaret tuo.*

Plin. l. 25. c. 2. *Ut omnibus malis humanis, illius potissimum principis semper medicetur majestas. Petit & accusativum, Plaut. Mostel. Habe bonum animum, ego istum lepidè medicabor metum.*

Omitto. Palpo. Nubo. *Omitto, Palpo voce activa, quod Juvenalis satyr. 1. cum accusativo junxit. Nubo non solùm dativum, sed etiam ablativum cum præpositione Cum, postulat. Cicero Catoni lib. 15. Iis mihi nuntiassent regis Parthorum filium, quo cum esset nupta regis Armeniorum soror, &c.*

Plaut: Asin:

-- ego istuc scio.

Ita fore illi, dum cum illo nupta erit.

Excello tantum dativũ admittit. Excello sine controversia dativo gaudet: *Sunt apud Lactantium cum accusativo etiam reperiri, quem locum nondum potuit invenire.* ANTECELLO *docent multi junxisse. Cic. cum accusativo pro Cornel. Qui eloquentia cæteros antecellit: qui locus in ea oratione, quæ extat, nusquam est. Priscianus lib. 10. citat Ciceronem in 1 pro Cornel. Hoc modo, Qui eloquentia cæteris antecellit: Non cæteros. Habuit itaque*

Cicero

Cicero plures narationes pro Cornelio: Nam idem Priscianus eodem libro eundem citat libro 2. pro Cornelio. Idemq; Cicero in Orat: secundæ Corneliane meminit: Credo tamen habuisse accusativum: Nam Autor ad Herennium lib. 3 passivè eo usus est. An ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur. NOCEO non solùm apud Plautum, sed etiam apud Senecam accusativum nonnunquam habet lib. 5 Controvers. ultima Controversia: Dum filium vindico, ubi me gravissimè nocere possit, ostendit, Et Epistola 104 alias 103. Non, ne te noceant, sed ne fallant. Libri tamen castigatiores sic habent, Sic vivendo quid consequeris? Non, me noceant, sed ne fallant. QUIDAM etiam Liv 3. ab Urb. hujus constructionis laudat autorem, Qui Deorum quenquam nocuerit: sed corruptè, ut aliàs non paucos: sic enim est apud Livium, Sanciendo, ut qui Tribunusplebis, Ædilibus, Judicibus, Decemviris nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset, &c. Hac lege juris interpretes negant quenquam sacrosanctam esse, sed cum, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri. IDEM ait, fasiu pro proscio dandi casum exigere, citatq; Plinium lib. 3 Mustum capitis doloribus facit: qua constructio non solùm contra grammaticæ præcepta facit, sed etiam medicinæ leges funditus evertit. Longè aliter locutus est Plinius cap. 1. Mustum, inquit, omne stomacho inutile, venis jucundum; & paulò pòst, Capitis dolores facit, & gut-

NOCEO.

Nota.

turi inutile. *Idem verbum adjunctis adverbijs Benè, Benignè, Malè, Præclarè, dativum pe*
tit *Idem lib 22. cap 19. Radix Cœliacis præclarè facit cinere tosta.* IDEM *Plautum depravat*
citat in captivis, Dicto haud audiebat: cùm ver
lectio sit:

Memini cùm dicto haud audebat: facto nunc læ
dat licet.

Facio cum adverbijs bené, beingnè, &c Dativum petit

Quædam dativum simul, & accusativum admittunt, ut metuo, timeo tibi calamitaten invideo tibi laudem, assentior tibi cætera gratulor tibi victoriam, cur tibi hoc non gratificer nescio. *Alia etiam casum præpo*sitionis petunt, repetita præpositione: Cu jusmodi sunt, absum, adhæreo, adhæresco detraho, despero, insum, insideo, inhæreo appropinquo, illudo, insulto. *Cice. Att.* 1 *Non cessat de nobis detrahere.* *Idem de Orat:* *Quæ cum dixisset in albutium illudens, ne à m quidem abstinuit.* *Idem pro Mil quæ tot ann in Remp. insultare videret, & pateretur.* S*VN prcter ea, quæ supra elementorum ordine en meravimus, & alia verè poëtica.* *Advigelo, a fremo, allabor, bello, certo, contendo, concurr colludo, constrepo, dissideo, grator, insurgo, inv gilo, insilo, lateo, indoleo, immorior, immurm ro, inserpo, intercurro, occumbo neci, morti: o ambulo, obmurmuro, præsilio, pugno, remurmur Plin. ad Roman: l. 8. Certo, more poetarum, cu dativo junxit, in descriptione cuiusdam font*

Verba dativū simul & accusativum admittentia.

Item repetita præpositione, casū præpositionis.

Rigor inquit, aquæ certaverit nivibus nec color cedit. QVÆDAM *alia quæ à nonnullis adducuntur, consulto prætermisi, quod apud veteres aut nulla testimonia repeterim, aut non satis aperta: verbi causa, Verbo dominandi, dandi casum tribuunt, citantq; Cicerone pro Caio Rabirio Posth. Dominatus est enim inquit, Alexandriæ. Item Virg. 1. Æneid. Victis dominabitur Argis: cum uterq; casus non proprius, sed communis videatur. Eodem enim modo dicimus, Mortuus est Alexandriæ, & morietur Athenis, Argis. Itaq; malim uti ablativo cum præpositione In, quod frequentissimum est apud bonos autores. Cice. Tusc. 1. Vetat enim dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo migrare. Idem pro Cæc. Deniq; nimia ista, quæ dominantur in civitate potentia, in hoc solo genere quiescit. Aut accusativo cum eadem præpositione. Idem de Senect. Ita enim senectus honesta est, &c. si usq; ad extremum spiritum dominatur in suos. Diomedes l. 1. numerat hoc verbum inter ea, quæ ablativum habent, Dominor Græcis inquit ille, & dominatus sum, magis tamen inclinat animus, ut eos sequar, qui dandi casum tribuunt.* Virg. 3. Æn.

Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris.

dominor.

INTERDICO.

INterdico singulare est, nam præter dativum, ablativum habet.

Bell: Gall: 1. *Cæsar*, Posteaquam in vulgus militum relatum est, qua arrogantia in colloquio *Ariovi*stus usus, omni Gallia Romanis interdixisset, multo major alacritas, studiumque pugnandi majus exercitui injectum est.

Item Accusativum.

Bell. Mac. 4. *Livius* , Fœminis duntaxat usum purpuræ interdicimus.

Interdico frequenter præter dativum, accusativum habet *Val. Max. lib. 2. c. 2. Interdixit etiam ei convictum hominum, usumq; balnearum. Seneca lib. 3. de Ira. Si jubes Cæsar, statim illi domum meam interdicam. Sic, Justinus lib. 5. Sueton. in Nerone. Cum ablativus frequentissimè reperitur, Cic. 6. Philip. Sic contemnit tanquam si illi aqua, & igni interdictum sit.* V_IDENTUR *dixisse etiam veteres, interdico tibi aquam & ignem. Unde à Cicerone dicitur pro domo sua, Ubi enim tuleras, ut aqua & ignis mihi interdiceretur? Ibidem, Velitis, jubeatis ne, ut M. Tullio aqua & ignis interdicatur? Verba sunt Clodij* V_ERBUM *hoc præter accusativum non videtur habere ablativum, ut interdico te aqua & igni. Nam illud Cæsaris ita scriptum est in libris, quos quidem viderim, quemadmodum citavimus, prope finem 1. Bell Gall. Neque arbitror, Romanos, ut quidam citant, usquam esse.*

ABLA-

ABLATIVUS POST VERBUM

Vm ablativum petit, significantem laudem vel vituperationem.

. Lentulo. Tu fac animo forti magnoq; sis. Lib. 1.
am post reditum ad Quirites, Bona valetudo undior est eis, qui è gravi morbo recreati sunt, im qui nunquam ægro corpore fuerunt. Idem tra Rullum. Quem vestrum tam tardo ingenio r putavit? Idem in Bruto, Summo iste quidem genio dicitur fuisse.

APPENDIX.

VM, interdum genitivum habet, etiam cùm laus, vel vituperatio significatur.

. pro Sestio. Nimium me timidum, nullius imi, ullius consilij fuisse confiteor. Idem Octav. Antonius vir maximi animi, utinam am sapientis consilij fuisset. Plin. ad Clemen- Lib. 4.
n, Erat puer acris ingenij, sed ambigui.

NON semper quæ ablativo efferuntur, geniti- efferri possunt, cujusmodi sunt hae Terent. nuch. Bono animo es. Idem Adelph. Bono ano fac sis. Idem Phorm. Animo virili, præsen- sis. Cic. in Brut. Nunc si es animo vacuo, ex- e nobis, quod quærimus. Idem ad Canin. 2. Hoc mo qui sunt, deteriores fiunt. Idem Attic. Equidem sum magna animi perturbatio-

Non omnia quæ ablativo efferuntur, genitivo efferri possunt vel contra.

ne. Item illa apud eundem. *Hic capite, & supercilijs semper est rasus. Mira sum alacritate ad litigandum, Incredibili sum solicitudine. Summa magno dolore, & multa id genus alia.* Itaq; delectu opus est. *Alia contra genitivo potius, quàm ablativo efferuntur.* Terent. Andr. *Nullius consilii sum.* Suet. in August. *Cibi minimi erat, ac fere vulgaris.*

ABLATIVVS.

His egeo, indigeo, careo, vaco, victito, vescor
Vivo, Supersedeo, Potior, delecto, abundo
Mano, redundo, fluo, scateo, fruor atq; laboro
Glorior, oblector, lætor, quibus addito nitor
Cõsto, pluit, valeo, possum, sto, fungor, & utor
Quem Graij ignorant casum, tribuêre latini.

Lib. 8. *Cic. Quin. Fr.* Incredibile est mi frater, quàm egeam tempore. *Idem Offi. 1. Nihil honestum esse potest, quod justitia vacat. Plin. l. 6. c. 3. Pars quædam Æthiopum locustis tantùm vivit fumo, & sale duratis. Cic. pro Sext. Rosc. Commoda quibus utimur, lucemq; qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, à Deo nobis dari, atque impertiri videmus. Liv. 1. ab Vrbe, Nunciatum est Regi, panibusq; in monte Albano lapidibus pluisse.*

Quibus adde, Periclitor.

Lib. 6. c. 1. *Quintilianus*, Si aut statu periclitari, aut opinione litigator videtur.

CAREO, abundo, scateo apud veteres etiam
cum genitivo jungebantur. Vnde Terent. He-
aut. dixit, Tui carendum. Lucillius. Quarum
abundamus rerum. Gellius lib. 1. cap. 1. Irarumq;
scatebat. VACO pro careo hujus est loci: Nam
cum operam dare significat, ablativum amat. Ex-
empla facile invenies apud idoneos autores.
Plautus Mostel. Victitabam volupe parsimonia,
& duritia. Solinus, si modò tibi satis idoneus vi-
detur, de Esseis loquens, cap 47. Palmis inquit
victitant. VIVO pro victito, alor: Cic. 7. Verr. Vivo.
Ego naves inanes fuisse dico, remiges, nautasq;
dimissos, reliquos stirpibus vixisse palmarum.
Supersedeo, id est abstineo. Idem de Invent 1.
Omnium narratione supersedendum est Idem
de Div. 1. Herculus simulacrum sudore manavit. Mano.
Idem ibidem Quid? quod fluvius aratus san- Fluo cum
guine fluxit? Sic Affluo, Diffluo, Circumfluo, compositis.
Laboro, id est, premor, malè habeo: Cæsar libro
3. Bell. Civil. Maximè re frumentaria laborat.
Sic laborare fame, frigore morbo. Quint. l. 2. c. Laboro.
7. Constat experimentis medicina. Cic. in O- Consto.
rat. Quidam nominibus veterum gloriantur. Glorior.
Idem 1. Tusc. Fiducia virtutis nobis nitendum Nitor.
est ad spem beatè vivendi. Cicero Offic. 1. A-
lios videmus velocitate ad cursum, alios viribus
ad luctandum valere. Idem pro Quinct. Ve- Valeo.
rùm ita se res habet, ut ego, qui neque usu sa-
tis, & ingenio parùm possum, cum patrono di- Possum.
sertissime

Sto pro varia significatione.

fertissimo compareт. Sic pro optemperare, affen-
tiri, fidem habere, herere, persistere, elegante
jungitur cum ablativo. Cic. pro Flac. Marcu
Gratidius legatus, ad quem est aditum, actionen
se daturum negavit, re judicata stare ostendit pla
cere. Idem pro Cluent. Et si uterq; Censor Cen
soris opinione standum putavit, quid est, quamo
brem, &c. Hinc sunt illæ locutiones, stare decre
to, pacto, jurejurando, promissis. HUC *accedunt &*
illa: Abire magistratu, consulatu, cedo patria, ur
be, domo, exudo, exubero addi possunt, quamvi
rara sint. EX HIS, *quæ supra posuimus*, Consto

Ex dictis quædam ablativũ cum præpositione Ex, admittunt:

laboro, frequentissimè præpositionem Ex, ad
mittunt. *Cic. Tusc. 3. Cùm costemus ex anim*
& corpore. Idem in Orat. Actio constat è voce
atq; motu. Quomodo ferè loquitur Cic. Laborar
ex desiderio, ex renibus, ex intestinis, ex pedibus
ex invidia, Tulliana sunt. Nitor, glorior, præposi
tionem, In, interdum admittunt. Idem pro Mi
lone, in hujus vita nititur salus civitatis. Idem
de nat. 2. propter virtutem jure laudamur, & i
virtute rectè gloriamur. Idem in Vat. De tu
divitijs intoleratissimè gloriaris. ABLATIVUM
verborum Letor, Tristor, Oblector, Delector,
quis dixerit communem esse, atque spectare poti
us ad causam, minimè ei repugnaverim. Hæc atq;
alia nonnulla quæ versiculis continentur, non puta
vimus exemplis confirmanda, ne in re trita & quo
tidiana tempus frustra consumeremus.

Nitor.

Glorior.

NOTA.

riclitor cum ad periculum, discrimenq; fertur ablativum etiam postulat. *Marc. l 6. riclitatur capite Sotades noster. Capitis sive de pite periclitari, nondum apud idoneos scriptores, quod meminerim legi.* Cum experiri nificat, accusativum petit. *Cic. pro Quinct. nnia circumspexit Quinctius, omnia periclitaest.* Periclitor.

APPENDIX.

EGeo, Indigeo, Potior, etiam casum interrogandi admittunt.

r. *Attic.* Egeo consilij: quod optimum fa- Lib. 7.
n videbitur, facies. *Idem in Anton: Hoc bel-* Philip: 8.
m indiget celeritatis. Idem Lent. Otium no- Lib. 2.
exoptandum est, quod ijs, qui potiuntur rerum, estaturi videntur.

POTIOR *frequentissimè cum genitivo jungi-, etiam pro Frui, Tenere, & interdum Vine. Cic. ad Lent. Si exploratum tibi sit posse u regni potiri: Idem de Fin: 1. Nullas etiam sequuntur voluptates, quarum potiundi spe ammati multos labores, magnosq; suscepent. Salust. Romani signorum, & armorum poi sunt. Idem Catil. Cui fatum foret urbis potiri. tor ad Heren. 4. Atheniensium potiti sunt rtiatæ. Crebra occurrunt exempla maximè d historicos, Cum genitivo rerum elegantissi- copulatur, significatq; summam imperij adnistrare.*

Potior eleganter cum genitivo rerum copulatur.

APPEN-

II. APPENDIX.

POtior, Vescor, Fungor, pluit non r cusant accusandi casum.

Cicero Tusc. 1. Ego doleam, si ad decem m lia annorum gentem aliquam vrbem nostra

Lib. 10. c.3. potituram putem? *Plin. Aves nonnullæ vescu tur ea quæ rapuere pedibus. Terent. Adelph.* -- *que boni, neque liberalis functus officium est v*

Lib. 2. dec. 5 *Liv. in area Vulcani & concordiæ, sangvinem pluit.*

Hæc quatuor verba non rarò accusativo ad rant.

Terent. Adelph.

Potior. *Ille alter sine labore patria potitur commoda.*

Ibidem.

Miseriam omnem capio, hic potitur gaudio.

Plaut. Asinar.

Fortiter malum qui patitur, idem post pon bonum. Cic. Philip. 13. Vincamus odium, pace

Vescor. *potiamur. Legitur & pace. Plin. lib. 8. c. 50 caprinum jecur vescantur, & lib. 9. cap. 50. vescentes. Et libro 11 cap. 37. Qui absinth vescuntur, Tacitus in vita Agricolæ. Eò ad ex mum inopiæ venire, ut firmissimos suorum mox te ductos vescerentur.*

Terent. Heaut:

-- attentè tute illorum officia fungere.

Fungor. Ibidem. *-- hæc ego præcipio tibi.*

Hominis frugi, & temperantis functus offic

Ta

citus lib. 3. Suprema erga memoriam filij sui uneraf ungeretur. Ibidem lib. 4. Ego me Patres ncripti mortalem esse, & omnium officia fungi, cætera meminisse posteros volo. Livius lib 10. I. Pun. Sangvinem pluisse per biduum in areo ncordiæ satis credebat Valerius Max. lib 1. c. usdem generis monstra alio tumultu credita nt, puerum infantem semestrem in foro boario iumphum proclamasse: in Piceno lapides uisse: Julius Obsequens de prodigijs, In area ilcani per biduum, in area Concordiæ totidem ebus sanguinem pluit. ITEM *Vtor apud Priscos aut. Casin.* Pluo. Vtor.

Cætera, quæ voluimus uti, Græca mercamur e. Meq; illud Ciceronis 2. de Orat. quod quim affert, Si ærarii corpus utimur ad belli adjunta contra nos facit, cùm ubiq; sic legatur, Si rij copijs, & ad belli adjumenta, & ad ornantapacis utimur, vectigalibus serviamus. ABTOR *apud Comicos sæpè accusativum habet.* Abutor apud Comicos accusativum habet.

Non te Prologis scribundis operam abutitur.

III. APPENDIX.

Neutra sæpè ablativum admittunt significantem partem.

; de Orat: Equidem & in vobis animadvertere soleo, & in me ipso sæpissime experior, ut exalbescam in principijs dicendi, & Lib. 2.

toca

tota mente, atque omnibus artubus contremi
Lib. 1. ſcam. *Idem ad Quint. Fr. Si tibi bellum al*
quod magnum & periculoſum adminiſtanti pror
gatum imperium viderem, tremere animo.

Hoc genere loquendi frequentius u
tuntur Poëtæ, qui ablativum etiam i
accuſativum mutare conſueverunt.
Epiſt: 1: *Horat:* -- animoque, & corpore torquet. *Ide*
Ser.2. ſat. 7. -- *Tremis oſſa pavore. Virg. Stare loco neſcit, m*
Georg. 3: *cat auribus, & tremit artus.*

PLURA *exempla non ſolùm apud Ciceronem*
verùm etiam apud alios ſcriptores invenies. Ide
Attic. 5. Stamus animis & quia conſilijs, ut v
demur, bonis utimur ſperamus etiam manu. Ide
Tuſc. 4. Dicit Hectorem toto pectore trementem
Cæcin ad Cic lib. 6. Cùm verò ad ipſius Cæſa
nomen venio, toto corpore contremiſco. HVC *a*
Pendeo cũ *cedunt illa, cadere, concidere animo. Item pen*
genitivo & *re animis. Cic. Tuſc. 1. Quod ſi expectando, & a*
ablativo cõ- *ſiderando pendemus animis, cruciamur, agim*
ſtruitur. *Cùm verò ſingulari numero utimur genitivo lo*
eſt. Idem 1. de leg. Ego animi pendere ſoleo, c
ſemel quid orſus, ſi traducor alio. Cælius ad C
lib. 8. Ego quidem vehementer animi pendeo,
Cicero Attic 8. 11. 12.

DE CONSTRVCTIONE VERBI ACTIVI.

VE

VERBVM Activum, vel potius Accusativum verbum, cujuscunque id demum positionis sit, post se accusandi casum postulat.

VtDeum cole. Imitare divos Amplectere virtutem. Novi animi tui moderationem. Non decet ingenuum puerum scurrilis jocus. Heu quàm miseram vitam vivunt avari. *Cicero ad Attic. Ingrati animi crimen horreo. Idem ad eundem. Amariorem me senectus fecit, stomachor omnia.* Lib. 9. Lib. 14.

Hæc tria postrema, & similia tantisper activa censenter, dum accusandi casum sibi vendicant NIHIL *ferè in tota constructione ratione difficilius est; quàm verbi activi naturam cognoscere. Ego, ut verum apertè & ingenuè confitear, non-lum rationem inire potui; qua hanc præceptio-nem ita tyronibus proponerem, facilè ut intelli-i posset. Nam illud tritum, & pervulgatum ræceptum. Omne verbum significans actionem, ost se accusativum postulat, ne ij quidem, qui hilosophiæ præceptis sunt imbuti, facilè intelli-ent, neque mirum: Cur enim pugno, dimico, rvio, noceo, malefacio, insidior, adversor, & xcenta alia non habeant accusandi casum, cùm ctionem significent? Nisi verò quis existimat mi-rem ibi esse actionẽ, ubi res ferro & flammis agi-ur, quam ubi lingva, & calamo, Quid enim can-*

sa est

sa est, quamobrem Lego, & Scribo actionem significent: Pugno. Dimico actionis sint expertia? Quid? Servio, noceo, insidior, otiosa erunt? Canto, rideo, actuosa? Verùm quoniam suprà ex veterum grammaticorum sententia confirmavimus, hæc etiam actionem significare, neq; idem valere actionem significare, & activum esse verbum, nihil est cur his diutius immoremur.

Verbū activum quid.

NOBIS, quòd ad constructionem attinet, illud erit verbum activum, vel accusativum potius (sic enim velim appellare omne id quod in accusativū transit) quod post se accusativum postulat, cujuscunque positionis. PORRO verborum omnium positiones, sive terminationes quinq; sunt, cùm quinque non amplius literis indicativo modo, ut placet Diomedi, finiantur. O.R.T M.I. ut amo, amor, pudet, possum, novi. Diomedes, Phocas, Donatus, Priscianus, ea demum appellant activa, quæ O, litera finita, passiva fieri possunt, R. litera apposita: quibus facio, calefacio, volo, novi, odi, & reliqua omnia quantumvis accusandi casu gaudeant, neutra sunt, si R. literam assumendi negetur facultas. Nobis tamen, ut puerorum imbecillitati consulamus, dabunt veniam veteres illi hujus art[is] proceres, si omnia, quæ accusativum admittunt, cujuscunque illa sint terminationis, activa appellaverimus. Horum quinq; sun[t] genera, *sive ordines.*

Verborum activorum vel accusativorum quinq; genera.

I. Primum genus trans[it] in Accusativum primæ, secundæ & terti[æ]

II. personæ; *ut amo me, te, illum.* Secundum in a

cusativum tertiæ personæ rei mutæ fertur, *ut* III.
aro campum: colo agros. Tertium in accusativū
significantem rem verbi, *ut vivo vitam, curro*
cursum: aut in accusativum mensuræ, quarem
metimur, ut vixi duas ætates, curro stadium Res
verbi interim ablativo effertur. Cælius ad Cicero-
nem l 8 Si Parthi nihil vos calefaciunt, nos hic
frigore frigescimus. Cic. ad Quint. Fr 3. Patia-
mur illum ire nostris itineribus. Quartum genus IV.
multa deponentia amplectitur, & communia
omnia cum actionem significant, *ut sequor bo-*
nos, amplector hospitem, Postremum genus am- V.
plectitur nonnulla verba mutila sive defecti-
va *cujusmodi sunt Novi, memini, pudet & cætera*
ejusmodi. Item quæ neutroactiva licet appella-
re, *cujus generis sunt, anhelo, erubesco, crepo, cal-*
leo, doleo, horreo, indognor, ingemo, inclamo, læ-
tor, maneo, mæreo, obstupesco, roro, sono, sudo, stu-
peo, stomachor. Cic. Philip. 2. Edormi crapulam
istam & exhalit. Terent. Adelph. Ego illius sen-
sum pulchrè calleo. Senec. Epist. 66. Non contre-
miscamus injurias, non vulnera, non egestatem.
Plin. l. 17. c. 10. Periculum tantum eo die est, si ro-
raverit quantulumcunq; imbrem. Idem Præfat.
Quanto tu ore patris laudes tonas.

CONFERAMVS, *quæ diximus, in pauca. Verba* Collectio
o, finita, quæ addita R. litera, fiunt paßiva, ut lau- verborum
do, vitupero. ITEM *quæ ad res mutas pertinent* Accusativorum.
ut sero, cedo, planto, rigo, pastino, occo, puto,

ablaqueo, vindemio, metu. PRÆTEREA quibus
res verbi seu mensura rei additur, ut vivo vitam
ætatem: curro cursum, stadium. Postremò com-
munia omnia cùm actionem significant, accusa-
tivum exigunt. Deponentia cùm latißimè pa-
teant, nam quædam interrogandi, alia dandi,
alia accusandi, alia deniq; sexto casu gaudent,
hac ratione, quæ accusativum petunt, depreben-
dens. VERBVM deponens, aut transitivum, aut
intransitivum est. De intransitivis satis dictum
est. Transitiva quæ genitivum, dativum, ablati-
vum petunt, paulò antè commemorata sunt. Su-
perest igitur, ut cætera accusandi casum poscant.
Quod idem de iis, quæ O, litera finiuntur, dictum
sit, nam si transitiva sunt, neque aut interrogan-
di, aut dandi, aut sextum casum exigunt, acti-
va sunt. Quæ causa me impulit, ut prius de ver-
bis neutris, quàm activis agerem. MVTILA, quæ
accusativo gaudent, pauca sunt. Memini, odi
novi, cedo, pro da, Esse pro edere pœnitet, piget
pudet, miseret, miserescit, tædet. Neutra acti-
va legendus probatis scriptoribus observabis. DE-
PONENTIA literarum ordine colliget, cui otiosum
esse licebit. Abominor, Adipiscor, Adorior, Ad-
miror, Admetior, Æmulor, Aggredior, Alloquor,
Architector, Assequor, Aspernor, Auguror, Ausp-
cor, Aucupor, Adversor, Calũnior Comitor, Comm-
tor, Commereor, Comminiscor, Cõsulor, Cõsequor, C-
tẽplor, Cohortor, Confiteor, Conspicor, Conqueror,

Deponentia in accusativum transeuntia.

A

C

Confector

Consector, Contestor, Contueor, Conor. Demereor, Demoror: Demolior, Demetior, Demiror, Deprecor, Depopulor, Depeculor, Detestor, Dignor, Diffiteor, Dilargior, Dispertior. Emetior, Ementior, Effaris vel Effare, Eloquor, Execror, Exequor, Exhortor, Exordior, Fateor, Faris vel fare, Fabulor, Fabricor, Fœneror, Frustror, Furor. Hortor, Helluor. Jaculor, Imitor, Imprecor, Impertior, Inficior, Insequor, Insector, Intueor. Lamentor, Loquor, Lucror, Ludificor. Machinor, Meditor, mentior, pro imitor, Mercor, Mereor, Metior, Minor, Minitor, Miseror, Moderor, Molior, Moror, Muneror, Mutuor. Nanciscor, Nundinor, Nutricor. Obliviscor, Obtestor, Opinor. Opinor, Opperior, Ordior. Patior, Paciscor, Percontor, Periclitor, hoc est, experior, Persequor, Pigneror, Polliceor, Populor, Præcor, Præfor, Præmeditor, Præstolor, Profiteor, Prosequor. Queror. Rimor, Recordor, Reor, Remoror. Scilor, Sciscitor, Scrutor, Sequor, Speculor, Solor, Suspicor. Testor, Testificor, Tueor, Tutor. Veneror, Vereor, Ulciscor. Cic. Attic. 9. Hic quidem mera scelera loquuntur. Cæs. 1. Bell: Gall. NON *minorem laudem exercitus, quàm ipse Imperator meritus esse videbatur.* MERERI *benè vel malè de aliquo, est ei commodare, vel incommodare. Cic. ad Lent: l. 1. Erat infinitum benè de me meritos omnes nominare. Idem pro Mil: Non enim inimici mei te mihi incipiēt, sed amicissimi,*

D E F H I L M N O P Q.R.S T V.

cissimi, non malè aliquando de me meriti, sed optimè. DECET, *dedecet, juvat, delectat.* MODO *accusativum habent apertè. Cic. in Brut. Decet hoc illum nescio quomodo. Sen. l. 2. de Benef. Te omnia dedecent. Plin. lib 9. Ad Sabinianum, juvabit hoc te, Plaut. Captiv.*

Neq; unquam quidquam me juvat quod edo domi. Cic. 1. Fam. Me status hic reipub. non delectat. MODO *infinitum, aut verbum cum suo casu, loco nominativi habent. Idem Tusc. 4. Oratorem verò irasci minimè decet simulare non dedecet. Plinius Epist. 13. Juvat me quod vigent studia. Cic. ad Quint: Fr. 2. Teq; hilari esse animo valdè me juvat. Quint. l. 1. cap. 2. Tum præcipuè in Epistolis secretis, & familiaribus delectabit, ne hos quidem neglectum reliquisse.* DECET *etiam dandi casum habet.*

Decet etiam dandi casum habet.

Terent. Adelph. -- *imo hercle ita nobis decet.*

Plautus Amph.

Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet. Illud quod afferunt quidam Ciceronis de Orat. Quandoq; id decet prudentiæ tuæ: suspicor nusquā esse. Antiqui, inquit, Donatus, si addebant statim verbum, nos decet facere, nos decet dicere, si non addebāt, nobis decet, dicebant. VERBUM, *Oportet cum his, quomodo commemoravimus quidam conjungunt, quasi verò accusativū post se postulet, cùm verbū sit absolutum atq; intransitivum: Quomodò nominativum apertè habet. Terent. He-*

Nota.

au-

aut. Hæc facta ab illo oportebant Syre. Cicero pro Cor. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiam si liceat. Modò membrum orationis loco nominativi. Idem Irritari Antonium non oportuit. Plaut. Milit. dativum dedit huic verbo --nam homini servo suos domitos habere oportet oculos, & manus. Aut ἀρχαϊσμός est, aut, Hominem, servum, scripsit Plaut.

GENITIVUS PRÆTER ACCUSATIVUM.

VErba Accusandi, Absolvendi, Damnandi potissimùm Accuso, Accerso, vel Arcesso, Arguo, Alligo, Astringo, Coarguo, Defero, Incuso, Infamo, Insimulo, Postulo, Absolvo, Damno, Condemno, Convinco, præter accusativum genitivum admittunt, qui pœnam, criménve certum, aut incertum significet.

Cicero pro Caio Rab. An non intelligis primùm quos homines & quales viros mortuos summi sceleris arguas. *Autor ad Heren. Caius Cæcilius judex absoluit injuriarum eum, qui Lucium poëtam in scena nominatim læserat. Idem, Majores nostri siquam unius peccati mulierem damnabant, simplici judicio multorum maleficiorum convictam putabant. Cicero pro* Lib. 2. Lib. 4.

Caio Rab. Civem Romanum capitis condemnare cogit. Terent. Eunuch. Hic furti se alligat. Plaut. Pœnul. Homo furti se astringit.

Accuso. Accerso. Liv. 5 Bell. Pun. *Aliquod matronas apud populum probi accusarunt. Salust. Jugurth. Quos pecuniæ captæ accerserent. Pro Dejotar. Non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis accersere.*

Arguo. *Idem pro Cæcin. Ne arguere rei capitalis videar.*

Defero. *Plin. ad Macrinum lib. 7. Libertos ejus eosdemq; cohæredes suos falsi ut veneficij detulerat ad Principem. Tacit. l. 5.*

Albacilla defertur impietatis in Principem.

Plautus Trucul.

Incuso. *-- quia qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet.*

Infamo. *Quint. Declam. 2. Ut pejus infamaretur parricidij Cæcus. Senec. Epist. 22. Puto nunc & stoicam sententiam quæris, non est quòd quisquam illos apud te temeritatis infamet, cautiores quam fortiores sunt.*

Insimulo *Cic. 2. Philip. Probri insimulasti pudicissimam fœminam. Sueton. in Cæsare, Dictat. cap. 3, Cornelium Dolabellam Consularem*

Postulo. *& triumphalem virum repetundarum postulavit.*

Cōdēno. Cōvinco. *Idem 3. in Catil. Sed jam me ipsum inertiæ nequitiæq; condemno. Idem 2. Philip. At ego non nego: teq; isto ipso convinco, non inhumanitatis solùm, sed etiam amentiæ.* GENITIVUS *pœnæ: Ulpianus lib. 47. Pand. Dupli nihilominus condemnatus est. Cic. 5. Verr. Cupio Octupli damnari Apronium.*

ROGABIS fortasse, cur hæc potissimum verba
bjecerim? Ne si verborum turbam congessissem
sam rudibus præberem errandi, nec enim cor-
pio, reprehendo, vitupero, culpo, castigo, punio,
ecto, multo, excuso, cum genitivo junguntur.
rtè, Reprehendo te avaritiæ, culpo te perti- Reprehendo.
aciæ, multo te exilij, atq; alia eodem modo non Culpo.
sim sine alicujus probati autoris testimonio di- Multo.
re. AGO te injuriam, furti, non puto apud Ago.
neos autores inveniri, sed ago tecum injuri-
um, furti: est namq; verbum neutrum, cum
crimen refertur. Cicero pro Cluent. Deinde
quando cum servo habiti furti egit. Autor
Heren. lib. 1 Cum eo actius egit injuriarum,
dem, possit dicere, secum furti agit, non pecu
us oportere. SVGILLARE aliquem parsimo- Sugillo.
, taxare ambitionis, traducere luxuriæ, vi-
quibusdam placere, nil tamen simile apud
eres, quod meminerim, legi. QVARE in- NOTA.
im dum hæc investigantur, dicam potius cul-
e, reprehendere, sugillare, taxare alicujus
simoniam, ambitionem, luxuriam, & Senecæ
10. Epist. 8. Cùm cœperat voluptates no-
traducere, laudare castum. PECCAS par- Pecco.
dij, quod quidam afferunt, nondum potui
rire, apud Quintilianum Decla. 6. In 8.
In utroque parricidium consumis: non ve-
Parricidij peccas: neq; infamas parrici-

dij, apud eundem 8. Declam: Quamvis poster
us benè latinè dicatur, ut paulò antè ex Senec
Purgo. docuimus. PVRGO me apud aliquem, seu alicu
de aliqua re, usitatius est, quàm alicujus rei. Ci
ad Att: lib: 10. De altero ei me purgavi.

Plautus Amphit.

Et id huc reverti, ut me de hoc purgarem tibi
Liv. lib. 7. dec. 4. genitivo usus est. Quibus, i
quit, purgantibus civitatem omnis facti dicti
hostilis adversos Romanos, & juvisse eos comme
Interrogo tu, classem hostium arguit, &c. INTERROGAR
Vrgeo & Urgere apud Tacitum hujus ordinis sunt l.
Sanè pepigerat Pallas, ne cujus facti in posteru
interrogaretur. Idem l. 5. Quia malè administr
tæ provinciæ aliorumq; criminum urgebat. M
LIM cum Cicerone dicere, Arrogantiam ali
jus increpare, improbitatem notare, quàm aliq
arrogantiæ increpare, notare improbitatis: qu
loquendi genus, durissimum rarissimumq; e
Sueton. in Calig. c. 39. Modò avaritiæ singu
increpans, quod non puderet eos locupletio
esse, quam se. Gellius libro 4. cap 12.
eques Romanus equum habere gracilentum,
parum nitidum visus erat, impolitiæ notabant
LIBENTIVS etiam cum Cicerone pro Milone,
cam, Invidiosè potentiam alicuius crimin
quàm aliquem potentiæ criminari
STREMO illud, Teneo te mendacij, quod
dam Plauti toti testimonio confirmant, non

it ad rem. Plauti locus in Truc. ita habet.

-- manifestam mendacij mala, Te teneo.

Mendacij, à nomine manifestam regitur. Sic Salust. in Jugurth. Jugurtha manifestus tanti sceleris. TENERI, voce passiva, furti, damni, commodati, depositi, crebrò dicunt Jurisperiti, qua de re paulò post. QVIBVSDAM persuasissimum est, verba accusandi, absolvendi, damnandi, ablativum sine præpositione poscere, si nomen criminis sit incertum, cujusmodi est Peccatum, maleficium, scelus, facinus, & cætera, cum hæc genitivo efferantur, quemadmodum, quæ certum crimen significant. Cic. Tusc. 3. Peccati se insimulant, quod dolore intermiserunt. Autor ad Herenn. lib. 4. Majores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, &c. Cic. in Verr. . Convictus maleficij. Aut. ad Heren. lib. 4. Multorum maleficiorum convictam putabant. Cic. ad Terent. lib 14. Adjuvat etiam Piso, quòd ab urbe discedit, & sceleris condemnat generum suum. Idem pro Cajo Rab. C. Marium, quem verè patrem patriæ, patrem, inquam, nostræ libertatis, atq; hujusce reipub possumus dicere, sceleris, atq; parricidij nefarij mortuum condemnabimus? Sic est in libris correctis, non criminis nefarij, quod etiam nobiscum facit. Idem, Non intelligis quales viros mortuus summi sceleris arguas, Sic est in emendatis. Laurentius legit criminis, quod non minus ad rem facit,

facit. Plin. *l.* 13. *cap.* 3. *Cujus sceleris nos coarguimus illum primum.* Cic. pro Cælio, *Nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur.* Salust. Catil. *Quid aut acerbum, aut nimis grave est in homines tanti facinoris convictos?* Cic. Verr. 3. *In quo video Neronis judicio non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse cædis.*

Vocabulum criminis aliquando in genitivo effertur.

Ipsum etiam vocabulum, Criminis, aliquando genitivo effertur. *Marcell. lib.* 46. *Pande. Reo criminis postulato interim prohibet rectè pecuniam à debitoribus solvi.* Justinus lib. 9 *Apud quos potentissimi quiq; rei eius ipsius criminis postularentur, &c.* QVÆ cùm ita sint, non video cur non dicatur bene latinè: *Hunc accusare potes vel furti, vel sacrilegij, vel utriusq; maleficij, aut criminis, aut sceleris. Item accusastíne eum unius peccati, an multorum maleficiorum? Condemnatúsne es furti, an sacrilegij, an alterius tantum? Credo te utriusq; sceleris, facinoris condemnatum iri: vel subaudito substantivo Credo te utriusq; accusatum iri.*

APPENDIX.

GEnitivus Criminis, maximè cum his verbis, Accuso, Arguo, Defero Postulo, Apello, Absolvo, Damno Condemno, in Ablativum cum præpositione De, mutari potest.

Lib. I. *Cic. Att.* Non committam posthac, ut me accusar

...sare de epistolarum negligentia possis. *Liv.* ...lactius de proditione Dasium appellabat. Bell. Pun: 6.

VERBA *hæc eleganter ablativum admittunt ...m præpositione. Cicero pro Rosc. Amer: Jam, ...os nemo propter ignobilitatem nominat, sexcen- ...sunt, qui inter sicarios, & de veneficijs accusa- ...ntur. Idem 2 de Invent. Negari oportebat de ...ita ejus, & moribus quæri: sed de eo crimine, de ...o arguatur. Idem pro Sext: Rosc. Nomina fi- ...orum de parricidio delata sunt: Idem Att: Se- ...us ab judice Cn: Nerio Pupinia de ambitu est ...stulatus. Idem ad Quint: Fr. lib. 2. Quo die ...ec scripsi. Drusus erat de prævaricatione à Tri- ...unis ærarijs absolutus. Idem Verr: 2. Quod in ...ttilio, qui de majestate damnatus est, hoc pla- ...um factum est, eos pecuniam ob rem judicandam ...cepisse. Idem Philip. 2. Cujus etiam familiares ...vi condemnati sunt.*

EXCEPTIO.

HOc tamen nomen, Crimen, ablativo, sine Præpositione effertur.

...*cero Curioni*, Si iniquus es in me judex, con- ...mnabo eodem ego te crimine. Lib. 2.

Dicimus etiam, Capite aliquem da- ...nare, punire, plectere.

Autor ad Herenn: Eum vos jurati capite da- ...nastis. Suetonius in Othone, Ausus est milites Lib. 4. cap. 1.

capite

Pandect. 48 *capite punire. Marcellus, capite plecti debent vel insulam deportari.*

VOCABVLVM, Criminis, videtur Grammaticis occasionem dedisse, jungendi etiam cætera nomina ablativo casu sine præpositione cum verbis accusandi, absolvendi, damnandiq; : præcipiunt enim in universum omnia hæc posse genitivum vel ablativum admittere, ut Accuso te furti vel furto: arguo te avaritiæ, vel avaritia, atq; eodem modo cætera : quod nullis veterum testimonijs probant. Postulare repetundis, fateor dixisse Sueton. in Oth. c. 2. & Tacitum l. 3. si modò libri vacant mendo. CERTE malim cum Cælio ad Ciceronem l. 8. Fam. De repetundis dicere. Pilius inquit, de repetundis eum postulavit. Idem ibidem, ipse de pecunijs repetundis est postulatus. QVINTILIANVS lib. 5. c. 13. Eras hæres, & pauper, & magna pecunia appellabaris à creditoribus. Cic. præpositionem adjunxit, Philip 2 Appellatus es de pecunia quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. ILLVD Solini cap. 6. Quod si etiam ipse peccato aliquo argutus sit, & revictus, morte multatur: non me magnopere movet, tum quod in correctis libris adhibeatur præpositio In, tum etiam, quod Autor hic videatur non parum de pura, ac recta loquendi ratione
Nota. *deflexisse. Posterior lectio propior vero est, nam verba hæc interdum præpositionem In admittunt, Cicero in 2. de Invent. Quare*

in

m eius, quem arguit, ex antefactis accusator
nprobare debebit, & ostendere, si quo in pari
ntè peccato convictus sit. Idem ad Quintum
rat. 2. Primùm me tibi excuso in eo ipso, in quo
accuso. Damnare votis, dixit Virg. Eclog. 5.
-- Damnabis tu quoque votis.
iv. Lib. 7. ab Vrbe, Damnatos voti: & 7. bell.
un. Damnarenturque ipsi votorum.

II. APPENDIX.

ABsolvo, Libero, Alligo, Astringo, Multo, Obligo, Obstringo, quemadmodum suapte natura ablativum pe-
nt, ita & ablativum significantem pœ-
am, crimenve sine præpositione ad-
nittunt.

iv. Ego me, & si peccato absolvo, supplicio on libero. Cic. de Orat: Vitia hominum atque audes damnis ignominijs, vinculis, verberibus, ciliis, morte multantur. Ab Vrb. 10 Lib. 1.

HÆc extra crimen, ablativum, ut perspicuum t omnibus, exigunt, exempla, ne molesti simus, ætermittimus: veniamus ad crimen Livius ab Vrb. Latæ deinde leges, quæ consulem picione absolverent. HOc verbum etiam ablativum cum præpositione, ut paulò antè dimus, recipit. Cicero pro Cælio, Prævaricatione est Ascitus liberatus. Idem pro Flac. Quę habent ablativum extra crimẽ ea etiam admittunt Ablativũ criminis sine præpositione, &c.

Alligo. *pro Flac. Ne Lucius Flaccus nunc se scelere a*
liget, cum jam testem illum effugere non poss
Idem Phil. 4. Quem Consulem illa provincia p
Astringo. *taret, neq; eum reciperet, magno scelere se astri*
Damno. *geret.* DAMNO, *cum pro multo accipitur, eode*
modo construitur. Unde Tacitus in lib. de Ge
man. Damnare tributis, dixit. Et Seneca l. 1
Epist. Damnari morbis virilibus. Cic. de Aru
Obligo. *Qui ludos certissimo scelere obligares. Idem*
Offic. Num igitur se obstrinxit scelere, si quis t
rannum occidit, quamvis familiarem? Papinius
47. Pandect. Ob pecuniam civitati subtracta
actione furti non crimine peculatus tenetur, qu
dam ex his cum genitivo reperiuntur. *Liv.*
1. Decad. 5. Senatus nec liberavit ejus culpæ
gem, neq; arguit. Hoc rarissimum est, Absol
sæpissime *cum genitivo copulatur, de quo sup*
Alligo, Astringo, suprà cum interrogandi c
vidisti. Vide nunc obligo obstringo. Caius l.
Pandect: Eum, qui quid utendum acceperit
ipse alij accommodaverit, furti obligari respons
est. Ulpianus ibidem. Furti obligetur. Iden
bidem ablativo usus est. Ne furto sis obliga
Ibidem Jabolenus, Furto se obligat. Vulpia
eodem libro, Qui alienum quid jacens in te
lucrifaciendi causa sustulit, furti obstringi
Teneor passivum verbũ etiam crimen spec
Cajus ibid. Si pignore creditor utatur, furti t
tur. Pomponius ibidem, Debitori iste ten
fu

furti. In eodem libro inveni, teneri damni, commodati, depositi, quæ locutio figurata est: nam deest ablativus actione, crimine, vel similis, quem Jurisperiti aliquando adhibent. Papinianus ibidem, Ob pecuniam civitati subtractam, actione furti, non crimine peculatus tenetur. Paulus ibidem, furti actione tenebitur. Ulpianus. Dicendum est teneri eum furti judicio. Ibidem, Furti actione non teneor. QUÆ *cùm ita sint, non video cur non dicatur bene latinè, Si quis furetur rem sacram de profano, tenetur ne sacrilegii, an furti, an utriusque? Cur enim non subaudiatur ablativus actione, vel judicio? Eodem modo, qui sustulerit rem suam de sacro, furtine tenetur, an sacrilegii, an neutrius? Perinde est, ac si dicas: furtine actione tenetur, an sacrilegii, an neutrius?* QUI *hæc & similia nomina tantùm ablativo efferenda esse docent, veterum testimoniis confirment. Dicitur præterea aliquis furti conveniri, vel actione furti, quo pacto loquitur Ulpianus eodem libro.* QUÆDAM *consultò & cogitatò prætermisimus, cujusmodi sunt, Prehendi furti, & furto, apud Gellium l. 11. c. 18. Perdere aliquem capitis apud Plautum, & cætera ejusdem generis.* SUNT *qui laudandi verba, & his contraria adjungant, ut laudo, commendo, probo te parsimoniæ, admiror te justitiæ. Tu si vis latinè & oratoriè loqui, dicito: Laudo tuam parsimoniam, admiror tuã justitiã. Nam illud Silii l. 4. lau-*

NOTA.

Nota.

dabat lethi juvenem: Item Virgilianum illud l. 1.

Vir Trojane quibus cœlo te laudibus æquem,

Justitiane prius mirer, belline laborum?

ad Hellenismum spectat. NEQUE *excusandi verba hujus loci videntur esse; Nolim enim dicere, Excuso me tibi tarditatis, sed cum Cicerone, excuso tibi tarditatem meam, aut affero excusationem tarditatis meæ: sic ille ad Att. l. 15. Varroni memineris excusare tarditatem literarum mearum. Idem in Famil. ait, afferre excusationem cessationis. Reus facere rei capitalis, alienæ culpæ, de ambitu, de vi, ad nominis substantivi constructionem spectant. Nam reus interrogandi vel auferendi casu cum præpositione De gaudet. Cicero pro Milone, Milo reus est præclari facti. Idem pro Flacc. Reus avaritiæ. Idem Att. 2. Num reus erat apud Crassum divitem de vi.*

Admoneo, Commoneo, Commonefacio, genitivũ habent cum accusativo.

Lib. 1. cap. 5 *Quint.* Grammaticos sui officij commonemus. Lib. 4. *Autor ad Heren. Cùm ipse te veteris amicitiæ commonefaceret, commotus es?*

Liv. 5. bell. Mac. Qui admonerent eum fœder Romani. Admoneo & commoneo, pro genit vo possunt & ablativũ cum præpositione D admittere. *Cic. pro leg. Manil. De quo vos pau antè invitus admovi. Idem ad Marcel. l. 4. Puta ea de re te esse admonendum. Idẽ 7. Verr. Te n*

Admoneo, commoneo adsciscũt ablativum cũ prepositione De.

præse

præsens filius de liberorum caritate, neque absens pater de indulgentia, patria commonebat.

Item Miseret, miserescit, piget, pœnitet, Pudet, Tædet.

Plaut. Trinum. Miseret te aliorum, tui nec miseret, nec pudet. Terent. Heaut.

-- inopis nunc te miserescat mei.

Cic. pro Planc. Vide quam me verbi tui pœniteat.

Terent. Adelph.

Fratris me quidem pudet, pigetque.

Cicero in Pisonem, Crasse pudet me tui. *Idem* Lib. 5. *Attico. Quid quæris? tædet omnes nos vitæ.*

*V*ERBIS *impersonalibus, quæ ad hunc locum esse attulerunt, facilè nominandi casum apertè, vel obscurè tribuimus. Hæc quæ in manibus habemus, non ita facilè antecedit nominativus: dabimus tamen operam, ut in lucem prodeat tandem aliquando. Primùm omnium, hæc priscis illis temporibus integra fuisse, omnibusque personis, numerisque absoluta docent non obscura vestigia.*

Enn. Hecub.

Miserete manus, date ferrũ, ut me anima privẽ.

Virgil. 8. *Arcadij quæso miserescite regis.*

Plautus Menæch.

-- Adolescens quæso loquere tuum mihi nomen nisi piges.

Quint. l. 9. c. 3. Eò usque processum est, ut non pœniturum, pro acturum pœnitentiam, dixerit Salustius,

lustius. Cic. *Tusc.* 4. *Vix à se manus abstinuit, tanta fuit vis pœnitendi.* Pacuvius apud Nonium, *Prologo nunc pœnitebant, ibant liberi grato ex loco.*

Plaut Casin.

Ita nunc pudeo, atq; ita nunc paveo.

Gellius l. 1. c. 2 *Has ille inanes cum flaret glorias, jamq; omnes finem cuperent, verbisq; ejus defatigati partæduissent.* NOMINATIVUM apertè simul cum accusativo nunc accipe.

Terent. Adelph. *Non hæc te pudent?*

Luc. l. 8. *--semper metuet, quæ sæva pudebunt.*

Terent. Phormion.

-- quare obsecro. Ne plus minusvé faxit, quod nos postea pigeat. Idem Adelph.

-- quem neque pudet quicquam, neq; metuit quenquam. Plaut: in Sticho.

Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.

Figuratè hæc impersonalia habere genitivum pro nominativum.

HÆC LOCA *apertè docent verba hæc figuratè genitivum habere pro nominativo, nam justa, & recta constructio est hæc Plautina, Hæc conditio pœnitet me: figurata verò, pœnitet me hujus conditionis, Sic, non hæc te pudent? Justa est: Non horum te pudet? figurata. Justa tamen exolevit atq; in eius locum figurata successit. Huic locutioni similis est illa, Venit mihi in mentem Pompeij, vel Pompejus.* Cicero de Finib. 5. *Venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus hic disputare solitum.* Idem pro Rosc. Amer.

Venit

Venit enim mihi in mentem oris tui. Atticismus est, ut docet Priscianus l. 18. ubi græca cum latinis confert. Budæus Comment. linguæ græcæ, etiam docet esse Hellenismum. Nam justa oratio est, cùm nominativus verbum, Venit antecedit. Cic. Att. l. 12. Nunquam ea res tibi tam bellè in mentem venire potuisset. QVINQVE hæc verba videntur quondam fuisse deponentia, cui rei argumento est carmen Turpilij apud Nonium.

Quinque hæc verba Miseret, miserescit &c. olim fuerũt deponentia

Quare matris nunc patris me miseretur malis. Quadrigarius apud Gellium lib. 20. cap. 5. Cai Mari, ecquando te nostrum, & Reipublicæ miserebitur? Cic. 1. de Invent. Commune est, quod omnes vulgò probarunt, & sequuti sunt, hujusmodi est, ut majoribus natu assurgatur, ut supplicium misereatur. Unde adhuc illa extant. Misertum est, pigitum est, puditum est, pertæsum est.

Plautus Trinum.

Nam nunc eum vidi misertum, & me ejus misertum est. Terent: Heaut:

Sic me Dij amabunt, ut me tuarum misertum est fortunarum. Statius lib. 7.

Nec pigitum parvosq; lares, humilesq; subire

Plautus Bacch.

Neque mei neq; te tui intus puditum est factis, quæ facis.

Liv. 3. ab vrb. Nec nominis homines tum pertæsum esse. Cic. ad Quint. Fr. l. 1. Pertæsum est enim

levitatis, assentionis animorum, non officiis, sed temporibus servientium. Sueton. in Cæs. c. 7. Et quasi pertæsus ignaviam suam, quod nihil tum a se memorabile actum esset. Aliquando omittitur accusativus. Virg. 4. Æneid.

Si non pertæsum thalami, tædæque fuisset.

Cic. ut modò diximus, Pertæsum est enim levitatis. Id quod sæpenumero activis usu venit. Idẽ Att. 2. Prorsus vitæ tædet. Idem Philip. 1. Fortunæ, amplitudinis, claritatis, gloriæ non pœnitebat? Terent. Andr:

Num cogitat quid dicat? num facti piget.

ILLUD *Cic. pro Ligario, Cai Cæsar cave credas, cave ignoscas, cave te fratrum pro fratris salute obsecratium misereatur: in libris correctis legitur, Miserat, Priscianus tamen l 8. Misereatur, legit. Et ut demus ita à Cicerone fuisse scriptum non video cur passivum verbum sit appellandum, cùm passiva accusativum minimè regant.* QUARE *si quæ hujus generis reperiantur, deponentia videntur potius appellanda: cujusmodi est, vereor. Pacuvius apud Nonium.*

Nihil ne te populi veretur, qui vociferare in via? Accius, Si tui veretur te progenitoris, ced Cicero hoc eodem non personaliter usus est, ut in Gellio initiò hujus libri ostendimus. Prisc. l. 8 docet ex Apollonio in ipsis verbis nominativum latere, verbi causa Pudet me tui, hoc est, Pudor me habet tui. Miseret me tui, miseratio me h

b

bet tui. *Mihi magis placet Plautina resolvendi ratio.* HABENT *quemadmodum & cætera Impersonalia nonnunquam infinitum, aut membrum orationis loco nominativi. Cicero ad Q. Fr. l. 2. Non me hoc dicere pudebit. Idem 4 Acad. Pænitet eum illa sensisse. Idem ad Attic. 2. Quod te offenderim, me pœnitet.*

VERBA ÆSTIMANDI.

VErba æstimandi præsertim æstimo, Duco, Facio, Habeo, Pendo, Puto, præter accusativum, hos ferè genitivos assumunt, magni, maximi, pluris, plurimi, parvi, minoris, minimi, tanti, tantidem, quanti, quanticunque.

Cic. Attic. Ego pro Pompejo libenter emori possum, facio pluris omnium hominum neminem. Lib. 8,
Terentius Andr. Meritò te semper maximi feci Chreme. Idem Heant. Tu illum nunquam ostendi, quanti penderes.

CICERO 2. *de Finib. Magni æstimabat pecuniam. Ibidem. Sed quia id parvi duceret. Idem 6. Verr. Quanti is à civibus suis fieret quanti autoritas ejus haberetur, ignorabas? Idem 9. Philip. Habetur hic pluris quàm alius. Idem Lentul. lib. 1. Putare aliquid minimi. Idem pro Plan. Magni putare honores.*

AEstimēda verba non admittunt genitivum majoris. *QVIDAM genitivum Majores addunt, sed sine veterum testimonijs, addunt & verbum Curandi: Sed Terentianus locus, quod id confirmant, vitiosè legitur, sic enim restituendus est.*

Heaut: Actu 4. Scena 3.

Tu fortasse quid me fiat parvi pendis, dum illi consulas.

Ne igitur, Parvi curas, ut vulgo legitur, dixeris.

APPENDIX.

DIcimus etiam Magno, Permagno, parvo & magno pretio æstimare.

Lib. 8. *Cic. de Fin.* Næ ego istam gloriosam, memorabilemq; virtutem non magno æstimandam putem *Idem in Verr: Tu ista permagno æstimas.*
Lib. 3. *Valer. Max. Magno ubiq; pretio virtus æstimatur.*
Lib 5. c. 4: *Senec. Nisi fortè parvo te æstimas.*
De Bene. 1.

II. APPENDIX.

NAuci, flocci, pili, assis, teruncij, nihili, cum verbo facio junguntur.

Lib. 2. *Cic. de Fin.* Eum nihili facit.

Dicimus etiam

Tuas minas hujus non facio. Flocci, nihili tuas fortunas pendo, Non assis, non flocci te æstimo. Pro nihili habeo, puto, duco, divitias omnes præ virtute. Non nihilo bonam valetudinem æstimo.

Hos

Hos genitivos, separatim posuimus, quod non cum omnibus verbis Æstimandi conjungantur.

Plautus in Bacch:

Perij, hoc servum meum non nauci facere esse ausum.

Cicero Attico, 13. Prorsus aveo scire, nec tamen flocci facio. Catullus.

-- nec facere pili cohortem.

Sen. l. 7. Epist. Istos tristes, & superciliosos alienæ vitæ censores assis ne feceris. Plaut. in Capt.

Neque ridiculos jam teruncij faciunt.

Terentius Adelph.

-- hanc injuriam mihi nolle.

Factam esse, hujus non faciam.

Idem Eunuch.

Invidere omnes mihi, mordere clanculum, ego non flocci pendere. Ibidem.

Aut ego istuc abs te factum nihil penderem?

Plautus Mostel.

Neque quod dixi flocci æstimat.

Illud primo de Invent. Non habeo nauci Marsum Augurem, videtur prisci alicujus poëtæ. Cicero Domo sua, dixi apud Pontifices, istam adoptionem nullo decreto hujus collegij probatam, pro nihilo etiam habendam. Idem pro Cæcinn. Reliquere defensionem, & pro nihilo putare. Idem 4. Verr. Tu ausus es pro nihilo & præ tua præda tot res sanctissimas ducere? Idem 4. de Finib.

Quippe qui primùm valetudinem bonam expe-rendam negent esse, eligendam dicant, non qui sit bonum valere, sed quia sit non nihilo æstiman-dum.

III. APPENDIX.

SVM, pro æstimor, genitivos magni maximi, pluris, plurimi cæterosque admittit.

Cic. pro Sest. Quis Carthaginensium pluri fuit Annibale, consilio, virtute, rebus, gestis

Lib. 15. *Idem ad Cass.* Magni erunt mihi tuæ litteræ.

SINGULARIA.

Æqui, boniq;, vel æqui boni facio boni consulo, singularia sunt.

Terent. Heaut: -- equidem istuc Chreme
Æqui, boniq; facio.

Epist. 127. *Cic. ad Att. Tranquillissimus animus meus ... rum isthuc æqui boni facit. Senec. Hanc coqui*

De Bene. 1. *ac pistoris morem boni consulo. Idem, Hoc mu-nus rogo qualecunq; est, boni consulas.*

DATIVUS CUM ACCUSATIVO.

VErba dandi, reddendi, committen-di, promittendi, declarandi, ante-ponendi, postponendi, præter accusati-vum, dativum exigunt.

e. pro Planc. Salutem tibi ijdem dare pos. *nt qui mihi reddiderunt.* *Terentius Andr. acilè omnes cùm valeamus, recta consilia ægro. damus. Idem Eunuch. Ego me tuæ commen-, & committo fidei. Cicer. in Anton. Græcia ndit dextram Italiæ, suumq; ei præsidium pol-cetur. Idem Attic. Meas cogitationes expli-vi tibi superioribus literis. Idem Paet. Ista tua dia vel maximis meis occupationibus antefer-m libenter. Plin. Cyrenaica regio loton suæ post-suit paliuro.* Philip. 10. Lib. 10. Lib. 13. c. 19.

DANDI, *ut Do, Dedo, Tribuo, Largior, Con-do, Ministro, Suppedito, Commodo, Præbeo, Ex-beo, Impendo, &c.* REDDENDI, *ut Reddo, re-tribuo, Refero, Remunero, Rependo, Remetior, solvo, &c.* COMMITTENDI, *ut committo, man-o, Commendo, Trado, Credo.* PROMITTENDI, *ut Promitto, Polliceor, Spondeo.* DECLARAN-DI, *ut Aperio, Declaro, Expono, Explico, Signi-fico, Indico, Demonstro, Ostendo, Dico, Narro, loquor. &c.* ANTEPONENDI, *ut antepono, ante-fero, Præpono, Præfero, Præopto etiam hujus est ordinis Liv. l. 4 dec. 5. Si quem id facere piget, otium urbanum militiæ laboribus præoptat, è terra e gubernaverit.*

POSTPONENDI, *Postpono, posthabeo, postfero. Plin lib. 3 cap. 4. Urbibus & agrorum cultu, vi-rorum, morumq; dignatione, amplitudine opum, nulli provinciarum postferenda.*

I. APPENDIX.

VErbum Mutuo, non est hujus loci, non enim dicimus, Mutavi tibi pecunias: Mutuasti mihi centum nummos: Dedi tibi pecunias mutuas.

Lib. II. Dedisti mihi mutuos centum nummos: dedisti mihi mutuum frumentum. *Cic. Att. Ego rebus omnibus, quod is quoque in angustijs est, quicum sumus, cui magnam dedimus pecuniam mutuam. Terent. Heaut. Huic drachmarum argenti mille dederat mutuum.*

NONDUM, *quod meminerim, verbum mutuo pro mutuum dare, cum dativo post accusativum legi apud veteres: imò verò, ne ipsum quidem verbum hujus significationis ajunt Grammatici esse: nam illud Plauti in Trinum: Si quis quid mutaverit, fit hoc proprio perditum: quo quidam suam sententiam confirmant, nusquam est: sic enim habet Plaut. Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum.* REPERITUR *hoc verbum, sed alia significatione, nimirum cum aliquid mutuum sumere significat, postulatq; post accusandi casum, ablativum. Val. Max. l. 6. c. 2. prope finem: igitur æquitatem, quam impetrare non potuerat, extorsit: ac potius præsidium à libertate, quàm ab innocentia mutuavit. Citatur & Sen. Epist. 82. sed depravatè, quantò hilarior est qui solvit, quàm qui mutuatur, non mutuat.* COMMODARE, *interdum & de pecunia dicitu*

Mutuo pro mutuũ sumo, post accusativum ablativum cum prepositione à vel ab, postulat

itur. Plaut. in Asinaria Viginti argenti commodare minas, dixit. Ait quidam dici & de ... ico, citatq; Ciceronem 6 in Verrem: sed in ... et in librum malè distinctum: At publicè, in ... t commodasti tritici modios sexaginta. Au ... ipsum Ciceronem, Qui te, inquit, neq; debent ... uvare si possint: neq; possunt, si velint: quibus ... privatim injurias plurimas contumeliasq; ... posuisti, &c. At publicè commodasti, Non sine ... gno quidem Resp. provinciaq; Siciliæ detri ... ento. Tritici modium LX. millia empta populo ... n. dare debebant, & solebant, abs te solo re ... sum est. Vides ut Privatim nocere, & Publicè commodare, sibi adversentur.

II. APPENDIX.

ALia prætera sunt hujus ordinis, ut Facio tibi injuriam: Facio tibi fidem. ... o vobis maximas gratias. Interdixisti no ... usum purpuræ. Minor, minitor tibi mor ... n, tormenta: Scribo, mitto tibi, & ad te li ... as. *Vatinius ad Ciceronem, Omnia mihi du ... mperas. Sulpitius ad Cic. Ea tute tibi subjice, ... alijs tute præcipere soles. Idem Attic. Tu ... d ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum pu ... Idem ad eundem, Hoc verum tibi penitus ... suadeas. Ad eundem, Te tibi persuadere vo ... mihi neminem esse te chariorem.* Lib. 5. Lib. 4. Lib. 11. Lib. 14. Lib. 10.

... mperio, præcipio tibi hos, latine dicitur.

Cic. pro Rosc. Amer. Nonnunquam etiam puer[...] vocaret, credo cui cœnam imperaret. Præcip[...] tibi ut scribas, ne scribas. Salust: Jugarth. M[...] ipsa pater meus moriens mihi præcepit, uti regn[...] Numidiæ tantummodo procurationem existima[...] rem meam.

Cic. de Amic. Rectè etiam præcipi potest in a[...] micitiis, ne quis intemperata quadam benevolen[...] tia &c. Plin. Ep. 172. Imperare dolori, ut scribe[...] rem potui. Iubeo tibi hoc; Iubeo tibi ut scri[...] bas, ne scribas: nondum quod meminerim apud classicos reperi. *Macr. Saturnal. c. 12 dativo usus est, sequente particula Ne. Propte[...] quod, inquit, Hercules facturus sacrum, &c. sa[...] crorum custodibus jussit ne mulierem interesse permitterent.* Iubeo te, ut scribas, ne scribas arbitror non bene latinè dici, *cum hoc verbum accusativum personæ respuat: quem si aliquando habere videatur, occultè aliunde pendet.*

Nota. Iubeo, accusativũ personæ respuit eadem significatione manente.

Plautus Aulul.

Aut si respexeris donec ego te jussero:
simul enim auditur respicere.

Terent: Heaut:

Ch. Quin egomet jam ad eam referam. S[...]
imo filium iube potius.

subaudi referre. Cic. Att. 6. Spero qua tua pr[...] dentia, & hercule, ut me jubet Acastus, confi[...] te jam ut volumus, valere. INTERDUM du[...] *accusativos videtur habere. Idem ad Sulpiti[...]*

13. *Quod quo minore dubitatione facere pos-* *sis literas ad te à Marco Lepido Cos. non quæ te* *quid juberent (neq; enim id tuæ dignitatis es-* *se arbitramur) sed quodammodo quasi commen-* *datitias sumpsimus, Deest infinitum Facere, Te* *enim præcedit infinitum suppressum, Aliquid ve-* *ro sequitur. Malim ut ad rem redeam, uti infi-* *nito,* quàm finito verbo accedente particula vel ne, Iubes me Romam proficisci quàm jubes mihi, ut Romam proficiscar. *Jubeo, se-* *quente Vt, sine casu apud Plaut. Amphitr. legitur.* *Jubet sententiam ut dicant suam.*

Jubeo accusativum rei habet. *Cic. 1. de Leg.* *Lex est ratio summa insita in natura, quæ jubet* *ea quæ facienda sunt, prohibetq; contraria. Hinc* *legimus passivum jubeor, jubentur, jubetur, jussus* *apud idoneos scriptores.* Cum decernere, statuere, creare, significat, non solùm Accusativum rei, sed etiam personæ admittit. *I-* *dem pro Cornel. Populus Romanus legem jussit* *de civitate tribuenda. Idem Phil. 2. Hic au-* *tem iratus, quæ dixit, Dij boni: cum primùm* *Cæsar ostendisset se pridie quam proficisceretur:* *Dolabellam consulem esse jussurum. Jussurum* *est, creaturum.*

III. APPENDIX.

MVlta denique composita ex activis, & præpositione Ad, In, Ob, Præ, Sub, præter dativum, etiam accusandi casum postulant.

Cicero

Lib. 3. Cicero Attic. Inimici mei, mea mihi, non me

Lib. 10. ipsum ademerunt. *Idem ad eundem, Vere*

Philip. 3. *ne Pompejo quid oneris imponam. Idem in An*
Antonius ignobilitatem objicit C. Cæsaris filio.
dem de Univers. Præfecit Deus animum ut dom
num imperatorem obedienti corpori. Idē pro Mu
Nolite mihi subtrahere vicarium meæ dilige
tiæ.

Non omnia composita ex verbis activis & dictis præpositionib9 hujus sunt ordinis.

NON *omnia, quæ ex activis verbis, & præp* *sitionibus Ad, In, Ob, Præ, Sub, componuntur, h* *jus sunt ordinis, sed quàm plurima, cujusmo* *sunt affero, Admoveo, Adjicio, Adjungo, Add* *Addico, Admetior, Applico, Admisceo, Appon* *Adjudico, &c. Infero, Infigo, Importo, Injung* *Injicio: Indo, Ingero, Incutio, Insero, Inuro, &* *Oppono, Offundo, Offero, Præcludo, Præcipio, Præ* *scribo, Præfinio, Præparo. Subduco, Subscrib* *Subjungo, Suppono, Suggero.*

IV. APPENDIX.

HAbeo tibi fidem, id est, credo usitatissimum elegantissimùmq; est.

Adhibeo tibi fidem, in eadem re, du bium controversum est.

SUNT *qui libentius adhibere fidem, quàm h* *bere usurpent: cùm illud semel apud Ciceronem* *De Divina. Quod si insanorum visis fides non e* *adhibēda, quod falsa sunt, &c. reperiatur in m*

is exemplaribus, Habenda, sit; hoc verò, passim ccurrat.

GEMINI DATIVI PRÆTER ACCUSATIVUM.

SVnt, quibus geminus dativus præter accusativum apponitur.

Do tibi hoc laudi, vitio, culpæ, crimini, pignori, fœnori. Vertis id mihi vitio, stultitiæ. Ducis honori, gloriæ, laudi, vitio, damno. Cic. pro S. Rosc. *Profectò te intelliges inopia criminum, summam laudem Sext. Roscio vitio & culpæ dedisse.* Plaut. Epid. *Quis erit, vitio qui id non vertat tibi?* Terent. Adelph. *-- tu nunc tibi id laudi ducis, quod tum venisti inopia.*

Cic. pro Planc. *Tu id in me reprehendis, quod Quinto Metello laudi datum est? Idem pro domo sua, Id quod mihi crimini dabatur, non modò peccatum non erat, sed erat res post natos homines pulcherrima.* Plautus Mostel.

-- Quadraginta etiam dedit huc usq; pignori?

Cic. in Ver. 4. *Idem pecuniam his, qui ab isto aliquid mercabantur, fœnori dabat.*

Plautus Captiv. *(tere*

Neq; pol tibi nos, quia servus, æquum stultitiæ ver-

Salust. in Jugurth. *Quod apud Numidas honori ducitur.* Cic. in Salust. *Neq; te tui piget homo le-*

vissime, cum ea culpas, quæ in historiis gloriæ mihi ducis? Terent. Adelph. Prologo. *Vos eritis judices, laudi an vitio duci factum oporteat.* Plautus Bacch:

-- minusq; id mihi damno ducam.

GEMINUS ACCUSATIVUS POST VERBUM.

MOneo, Doceo, cum compositis: Item Flagito, Posco, Reposco, Rogo, Interrogo, Celo, duos accusandi casus admittunt.

Lib. 14. *Cic. Attic.* Idipsum quod me mones, quatriduo antè ad eum scripseram. *Idem ad eundem.*
Lib. 2. *Illud me præclarè admones, quum illum videris ne nimis indulgenter, & cum gravitate potius loquar. Idem ad Trebatium, Silij causam te docui.* Lib. 7.
Lib. 1. *Idem ad Q. Fr. Hoc te ita rogo, ut majori studio rogare non possim.*

Admoneo. Cōmoneo non admittit genitivū accusativū. *Cic. ad Treb l. 7. Ut ego quoq; aliquid te admoneam de vestris cautionibus. Idem 6. in Ve. Hoc modo me commonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat: Si quidam hunc locum legunt, sed in omnibus libris, quos quidem viderim, Hoc modò me commonuit, legi: quare sine veterum testimonio non ausim huic verbo geminum accusativum dare, sed accusativum cum genitivo vel ablativo, ut supra dictum est. Sal. Cat.*

Inve

ventutem multis modis facinora edocebat Ci- Edoceo.
r. 2. de Orat: Hæc sunt illa, quæ me ludes Craß-
flagitabat. Idem 3 in Ver. Nummos magistra- Flagito.
in Sicyonium poposcit. Idem 6. in eundem, ad Posco.
rrem adirent, & eum simulacrum Cereris, &
toriæ reposcerent. Idem 5 Tusc. Non quem- Reposco.
hoc idem interrogarem. Idem Cælio l. 2. Non Interrogo
im te celavi sermonem. Terent. Adelph. Ea Celo.
me celet, consuefeci filium. Plaut. Trinum.
orem quoque ipsam hanc rem ut celes, face.
to cum duobus accusativis nondum quod — Peto non admittit geminum accusativum.
minerim apud veteres inveni. *Petere ju-*
Cordubam, dixit Plinius lib 3 cap. 1. ea di-
di figura, qua petere in Indos, in Elymæos,
Carmanos, ad Seras, ad Trogloditas, pro ab Nota.
is, ab Elymæis, à Trogloditis. Vide lib. 12.
. 7 & 17 & 8. 15 & proœmium ejusdem lib.
Tacit. lib. 12. Experimentis cognitum est,
baros malle Romam petere reges, quam ha-
e, pro Roma, quomodo scriptum legi: uterque
men præpositionem subtraxit nominibus pro-
s. PRISCI *dicebant, exigor pecunias, porto-*
n, unde videntur etiam dixisse, Exigo te pe- Quædā verba docendi cum accusativo habent Ablativum.
ias, portorium: quæ seculum eruditius re-
t. Vide Gellium l. 15 c 14. Erudio, Institu-
nformo, Instruo, Imbuo, quamvis sint ver-
docendi, non tamen geminum accusati-
n habent, sed ablativum cum accusa-
o. *Erudire aliquem artibus, institutis, præ-*

ceptis, laboribus, disciplina, &c. Informare, In-stituere aliquem ingenuis artibus, doctrina, lit-teris græcis: Imbuere bonis moribus, doctrina religione. Erudio apud poetas duos accusa-tivos admittit. Stat. 10. Thæb.

Et quæ te leges, præceptaq; fortia belli
Erudijt genitrix, nimium didicisse quereris

Sic Ovidius aliquoties.

APPENDIX.

MOneo, Admoneo, Commoneo, Doceo, Edoceo, Erudio te de ha-re, id est commonefacio, certiorē facio. *Cicero Attic.* Extremum est quod te orem,
Lib. 11. cum Camillo communices, ut Terentiam mo-
Catil: neatis de testamento *Sal. Senatum edocet*
Lib. 2. *itinere hostium, Cic. ad Cælium, Obviæ mihi* *lim, sint tuæ litteræ, quæ me erudiant de om* *repub.*

Interrogo, Celo, eandem præpo-tionem admittunt.

Idem in Part. Si ego te vicissim ijsdem de re-
Lib. 7. bus interrogem. *Idem ad Trebat. Bassus* *ster me de hoc libro celavit.*

Celo etiam dativo gaudet, maxi-voce passiva

Terent. Phor. Si hoc celetur patri, in metu s

VERBA; Admoneo, Commoneo, suprà illustramus exemplis. DOCEO frequenter præpositionem recipit Cic. 2. de Orat. Equidem soleo dare operam, ut de sua quisq; re me ipse doceat. Celo frequentissimè hoc modò construitur. Idem pro Dejot. De armis, de ferro, de insidijs te celare voluit. Et 6. in Verr. Cupisse te celare de phaleris.

Doceo, Celo, frequenter præpositionem De, recipiunt.

ABLATIVVS PRÆTER ACCUSATIVVM.

INduo, Insterno, Vestio, Exuo, Calceo, Cingo, & his similia, ablativum præter Accusativum sibi adsciscunt.

Cic. de Nat. deor. Oculos natura membranis tenuissimis vestivit, & sepsit. Ibidem, Diligentius vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis.

Lib. 2.
Lib. 2.

Liv. lib. 7. bell Pun. Nec ante abscessum est, quàm castris quoq; exuerunt hostem. Plin. lib. 8. cap. 42. Neminem hic, quàm Alexandrum, regio instratum ornatu, recipit in sedem. Autor ad Herenn. lib 4. Cum citharœdus prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus. Plin. lib. 7. cap. 20. Nos quoq; vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnis quingentorum pondo calceatum per scenam ingredi. Liv. 7. ab Vrbe, Amant juvenem æquales

quales: pedestre scutum capit, hispanico ci[n-] tur gladio. His simila sunt, Convestio, Ami[cio,] Orno, Tego, Accingor. Cic. pro Dom. Ergo [...] domum eversam duobus lucis convestitant vide[...] Idem 2. Philip. Sedebat in Rostris collega tuu[s a-] mictus toga purpurea. Nondum hæc ve[rba] quod meminerim legi apud veteres cum d[uo-] bus accusativis juncta voce activa: Passiva q[ui-] dem, apud historicos, & poetas reperiun[tur.] *Curt. l. 10. Itaq; revocatus, vestem fratris eam [ip-] sam, quæ in sella erat, induitur. Sueton. in N[er.] Plerunque synthesim indutus.*

Verba hæc in activa significatione non habent geminũ accusativũ sed in passiva.

Virg. 2. Æneid.

-- deinde comantem Androgei galeam, clyp[eique] insigne decorum Induitur.

Sen. in Hercul. Oetæo.

Nondum teneras vestita genas.

QUID *si hæc more Græcorum dicta sunt? Cu[jus-] modi illud Virgilij est 2. Æneid,*

Perfusus sanie vittas, atroq; veneno: Nisi [for-] te quis dicat apud priscos geminum accusati[vum] etiam habuisse. EXCALCEO, *discalceo, disci[ngo,] nondum cum accusativo & ablativo juncta [in-] veni.*

ITEM Implendi verba Onerandi, [Li-] berandi, & his contraria.

Cic. de Univers. Cum constituisset Deus [bo-] nis omnibus explere mundum, mali[s] [ni-] admiscere. *Idem in Anton: Omnibus eum co[n-]*

Philip. 3.

melij onerasti. Idem in Verr. Apollonium omni Lib. 6.
argento spoliasti. Idem in Catil. Magno me me- Orat. 1.
tu liberabis dummodo inter me atq; te murus in-
tersit. Idem de Offic Nunquid se obstrinxit scele- Lib. 2.
re, si quis tyrannum occidit?

Multa præterea privandi.

Cic. *Attic.* Ægritudo me somno privat. *Te-* Lib. 9.
rent. Phor. Emunxi argento senes.

HVIVS *classis sunt, Impleo, Compleo, Expleo, Repleo, Satio, Saturo, Farcio, Refercio, Cumulo, Augeo, Obvio, Onero, Premo, Opprimo, Levo, Exonero, Exhaurio, Nudo, Vivo, Spolio, Orbo, Everto. Ut, Everto miseros omnibus fortunis. Libero, Solvo, Exsolvo, Expedio, Alligo, Obligo, Astringo, Impedio, Implico, Irretio, Illaqueo, Privo, Abstineo, Fraudo, Probibeo, Pello, Abdico me Prætura, Consulatu, Magistratu. Afficio, Muneror, Dignor, Consequor Horum exempla, quoniam ubiq; sese offerunt, præterimittimus, ne longiores simus, quam res postulat.* Impleo etiam genitivum admittit. *Cic. ad Papyrium Pætum, lib. 9. Sed quando, ut video, æstimationes vendere non potes, neq; ollam denariorum implere. Liv. 1. ab Vrbe. Adolescentem suæ temeritatis implet. Idem lib. 5. Multitudinem, quæ semper ferè regenti est similis, religionis justæ implet. Frequenter sic loquitur Livius,* Sed Ablativus vsitatior est. Interdum Ablativum habet

Impleo etiã genitivo jũgitur.

bet

Ablativum etiam habet cum præpositione De. habet cum præpositione De. *Cic. 4. Acad. Res jam universas profundam, de quibus volumina impleta sunt, non à nostris tantùm, sed etiam à Chrysippo.* Martialis.

Hos nisi de flava loculos implere moneta Non decet.

Compleo *Ne hic Laurentij discrimen videtur locum habere. Compleo apud Plautum cum genitivo reperitur, Menæch. Parasitus, qui me complevit flagitij, & formidinis.* SVPERIORIBVS *addi possunt, Muto, Commuto, Permuto. Sal. Cat. Ne nisi victor pace bellum mutavit. Cicero pro Cluent. Fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutavit. Permutare aliquid pretio, are, merce, &c.*

ABLATIVVS CVM PRÆPOSITIONE A, VEL AB, præter Accusativum.

VErba petendi, percontandi, præter Accusativum ferè Ablativum cum præpositione A, vel Ab, postulant, ut Posco, Reposco, Flagito, Efflagito, Postulo, Deprecor, Peto, Contendo, Exigo.

Lib. 1. *Cic. in Verr.* Nihil est, quod minus ferendum sit quàm rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere. *Idem Figulo.*

Lib. 4. *Quid acta vita, quid studia tua à flagitent videbis*

debis. Idem de Orat: *Quo facilius id à te* *egam, quod peto, nihil tibi à me postulanti re-* Lib. 2.
sabo. Idem pro Sylla, *Quam multorum hic vi-* *m est à L. Sylla deprecatus.*

Quæro, percontor, sciscitor à te, vel ex te.

cero in Vatinum, Quæro illud etiam ex te Lib. 1.
od privatus admisisti. *Idem de Nat. Deor* *icuri ex Velleio sciscitabar sententiam.* Autor Lib. 1.
Herennium, ab adversarijs percontatur accu- *or, quid futurum sit.*

VERBA *petendi, percontandi, accusativum cum* *lativo poscunt, nonnulla etiam duos accusati-* *s admittunt, ut suprà diximus. Cic. 6. in Verr.* *on debebam ego abs te has literas poscere. I-* Posco.
m in eundem 4. Si hoc à me muneris non uni- *rsa provincia poposcisset. Idem in eundem 7.* Flagito.
gitat abs te filium. Idem in eundem 3. Acce- Efflagito.
, cùm ista à Cn. Dolabella efflagitasset, ut se ad *em Nicomedem remitteret. Idem Apio lib.* *Omnia volo à me postules, & expectes. Idem* Postulo.
Mur. Quæ deprecatus sum à Dijs immorta- deprecor.
us, eadem precor ab ijsdem Dijs immortali- *. Cicero Philip. 13. A te autem pro vetere* *tra necessitudine etiam atque etiam peto, ut* Peto.
filios qui in tua potestate sunt, mihi condo- *Quidam sublata præpositione locum hunc de-* *arunt. Te autem pro vetere nostra necessitu-* dine

Rogo. *dine etiam atq; etiam peto, &c. Rogo etiam h-bet ablativum. Idem Memmio lib 13. Nunc a illud primum rogabo, ne quid invitus mea ca facias. Saluſt. Jugurth. A Metello petendi c*

Interrogo non jungitur cum Ablativo. *ſulatum gratia miſſionem rogat.* Interrogo à non memini legiſſe. *Cic. ad Caſſium l. 15.*

Contēdo. *à te ita contendo, ut in eo omnes fortunas m poſitas putem.*

Plaut in Amphit:

Nunc me orare à vobis, juſſit Juppiter.

Oro. Idem in Bacch.

Nunc, ſi me fas eſt obſecrare abs te pater.

Obſecro. Idem Trinum.

-- res quædam eſt, quam volo;

Ego me abs te exorare.

Exoro. *Cic. Philip. 13. A te autem pro vetere noſtra ceſſitudine etiam atq; etiam peto, ut ejus fi qui in tua poteſtate ſunt, mihi condones.* S *plico dativum habet, ut ſuo loco diximus.* C

Quæro. *pro S. Roſc. Non quæro abs te quare patrem Se Roſc. occiderit. Idem 1 de Nat. Ab utroq; au*

Sciſcitor. *ſciſcitor, cur mundi ædificatores repente ext rint. Idem de claris Orator. Cum Theophra*

Percōtor. *percontaretur ex anicula quadam, quanti i*

Scitor. *venderet.* SCITOR *ejusdem eſt naturæ.*

Ovid: 10. Metam:

-- ſcitator ab ipſa.

Nominibus dictis cujus velit eſſe mariti.

Horat: I. Epiſt:

Sc

Scitari libet ex ipso, quodcunq; refert.

Plautus Aulul.

Secede huc, nam sunt, quæ ex te scitari volo.

Hæc quatuor, Quæro, Scitor, Sciscitor, Percontor, cùm ablativum habent personæ, ferè membrum orationis loco accusativi habent. QVÆSO *ablativum etiam habet cum præpositione Ab, vel Abs. Cicero Sulpitio l. 13. Magnopere à te quæso, ut eam voluntatem, &c. Idem pro Arch. Quæso à vobis, ut mihi in hac causa detis veniam* Nonnulla hujus classis, præter ea, quæ suprà commemoravimus, interdum duplicem accusandi casum admittunt. *Cic. ad Quintum Frat. lib. 1. Illud extremum te oro, & hortor. Idem ad Brut. in epist. ad Brutum. Hortare idem per literas Cassium. Salust. Jugurth. Pauca pro tempore milites cohortatus. Idem in Verr. 7. Idq; postremum parentes suos liberi orabant, ut levandi cruciatus sui gratia pecunia lictori daretur.*

NOTA. — Quæso. — Oro. Hortor. Cohortor.

Terent Eunuch.

Unum vos oro, ut me in vestrum gregem reciiatis. Idem in Andr. Sine, te hoc exorem. Plautus Capt. Unum exorare vos sinite nos. Idem in Bach. Hanc veniam illis te exorem, sine. Cic. pro Q. Itaque hoc obsecrat ut &c.

Exoro. — Obsecro.

Plautus Aulul.

Quæso quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui. Percõtor.

NON

NOTA. *Non statim existimabimus, si qua verba præter proprium accusativum admittant hoc, Hos, Illud, Istud, Id, Idem, Quid, Quod, aliquid, Nihil, Multa, Unum, atq; cæteros id genus, posse etiam quosvis alios admittere, nam his multò liberius, quàm cæteris utuntur autores. Terent. Heaut. Ego domi ero si quid me voles. Cic. Att. l. 8. Non quo me aliquid juvare posses. Terent. Eunuch. Id amabo adjuva me. Cic. Att. lib 7. Nec te id consulo. Idem in Catil 1. Sin tu, quod* Nota. *jamdudum te hortor, exieris.* ORO, *Exoro, Obsecro,* Obtestor, *post accusativus personæ, fere subjunctivum postulant, intercedente, ut Cicer. Att. l. 11. Itaq; ut facias, te obtestor atq; obsecro. Idem pro Mil. Oro obtestorq; vos, ut misericordiam huic tribuatis. Idem 2 de Orat: Frater exoravit me ipsum, ut huc secum venirem. Ibid 1. Nunc te jam exoremus, necesse est: ut nobis explices quicquid est illud, quod tu in dicendo potes.*

MUlta præterea verba auferendi, removendi, abstinendi, accipiendi, præter accusativum, ablativum etiam casum cum præpositione A, vel Ab, admittunt.

Cic. pro domo sua, Clodius pecunias consulares à senatu abstulit. *Idem pro Milone, ego Clodii furorem à cervicibus nostris repuli.*

Cic. de

c. de Finib. Abstinet se ab injuria. Cicero, Præ- Lib. 2.
rum à majoribus morem accepimus.

Fœneror, mutuor abs te pecuniam.

cero 2. Tusc. A viris virtus est nomen mutata.

AUFERENDI, ut Aufero, Abduco, Abstraho, balieno, Avello, Abrado, Aveco, Eripio, Abpio, Surripio, Furor. REMOVENDI, ut Removeo, Deterreo, Absterreo, Amoveo, Arceo, Repello, Averto. ABSTINENDI, ut Abstineo, Contineo, Refræno, Cohibeo. ACCIPIENDI, ut Accipio, Audio, Emo, Conduco, Mercor, Sumo, Reporto, Fero, Colligo. Quædam etiam præpositionem De, admittunt. Cic. pro Corn: Audivi hæc de patre meo puer. Idem pro Flac. Is fundum Romæ mercatus est de pupillo. Idem pro Sext: Rosc. Bona hujus de L. Sylla duobus nummum sese emisisse dicit Chrysogonus

Ntelligendi verba præpositionem Ex, recipiunt: quæ imitatur nonnulla ex is, quæ modò commemoravimus.

icero Cælio, Ea certissima putabo, quæ ex cognoro. Idem de Senect: Poma ex arboribus, cruda sunt, vi avelluntur: si matura & cocta cidunt. Lib. 2.

INTELLIGENDI, sunt Intelligo, Cognosco, Agnosco, Intelligendi Verba.

Agnosco, Conjicio, Disco. Ex his, quæ modò commemoravimus, maximè quæ è præpositione Ex, componuntur, ut Expello, Ejicio, Eripio, præpositionem ipsam repetunt. Cic. pro Quint. Expelli, atque ejici è prædio.

VARIA CONSTRUCTIO.

QUædam modò dativum, modò ablativum cum præpositione habent, præter acusativum, ut Furor, Surripio, Eripio, Aufero.

Lib. 2. *Cic. Attico,* Si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. *Plinius, Nemo furatur alteri.*
Lib. 12. c. 14.

Induo, Dono, Impertio, Aspergo, dativum, vel ablativum sine præpositione habent.

Cic. pro Sext. Rosc. Non pauca suis auditoribus largè, effusaq; donabit *Idem pro Cornelio Eum Pompejus civitate donavit.*

Induo, Exuo cum dativo.

Induo, sæpissimè cum dativo conjungitur *Cic. de Finib. Ex ejus spolijs sibi & torquem, & cognomen induit. Liv. 3 ab Vrbe, Novum sibi ingenium induere. Exuo interdum eundem casum habet.*

Ovidius 2. Metam.

--jam dudum vincula pugnat
Exuere ipse sibi.

Cicero pro Mur. *Meum laborem hominem periculis sublevandis impertio.* Terent. Adelph: *Sed isto horam hoc malo impertiri?* Cic. pro Mur. *Si illius facilitatem & comitatem tuæ gravitati severitatiq; asperseris.* Idem pro Planc. *Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis.* INSPERGO etiam huc potest accedere. Plin. l. 12. c. 17. *Folia Brutæ arboris in inspergunt potionibus Parthi.* Cato c. 63. *Inspergere oleum sale.* ITEM intercludo. Cæsar 1. Bell. Gall. *Eo consilio, uti frumento, commeatuq; qui ex Sequanis & Heduis supportaretur, Cæsarem intercluderet.* Liv. l. 6. Bell. Pun. *Spem commeatus quoquo hostibus, si navali prælio possessionem maris ademissent, interclusuri.*

Impertio

Inspergo

Intercludo.

VERBUM PASSIVUM.

VErbũ passivum, ablativum cũ præpositione A, vel Ab, postulat post se, qui ex nominativo verbi activi fit, Cic. de nat. Deor. Nihil est virtute amabilius, quam qui adeptus est, ubicunq; erit gentium à nobis diligetur. *Idem ad Cecin. Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissimè. Idem Att. lib. 3. An tu, existimas ab ullo malle me legi, probariq;, quàm te.*

Lib. 1.

Lib. 6.

VERBA passiva nonnunquam dandi casum pro auferendi more Græcorum, admittunt, idq; ferè apud poëtas. Ovidius

Verba passiva præter Ablativum cum præpositione habent alios.

Ovidius libro 3. de Ponto.

Quum toties eadem dicam, vix audior ulli.

HUC *etiam spectat illud Ciceronis de Cla* *Orator. Auditus est nobis Læliæ Caij filiæ sæpe se* *mo.* INTERDUM *accusativum addita præpositione* *Per, Idem 4. Careo cum familiarissimis multi* *quos aut mors eripuit nobis, aut detraxit fug* *tum omnibus amicis, quorum benevolentia n* *bis conciliarat per me quondam, te socio, defe* *sa Respublica: Idem Attic. l. 2. Permagni e* *interest, rem ad interregnum venire, id a* *quetur, si per prætores, consules creantur: N* *autem habemus in libris non modò consules* *prætoribus, sed ne prætores quidem creari,* *esse.* Cum activa passivis permutantur, a cusativus in nominativum migrat, *ut Le* *librum tuum, liber tuus lectus est à me.* Si ve bum geminum accusativum postulet, mu bitur in nominativum, qui præstantior e hoc est, qui personam significat, altero pe manente. *Doceo Antonium litteras: Anton* *docetur à me litteras.* Si verò uterque accu tivus ad eandem rem spectet, uterque in n minativum mutabitur, ut *Creo Cæsarem c* *sulem: Cæsar creatur à me consul. Nero vo* *Senecam magistrum. Seneca vocatur à Ner* *magister.* Cæteri casus integri manent. *C* *6. in Ver. Quanti is suis civibus fieret, qua* *autoritas ejus haberetur, ignorabas. Cic.* *Cluent. Majestati absoluti sunt multi. Ide*

Margin: Quæ ratione Activa Passivis permutentur.

Margin: Nota.

ad Octavi. Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Plin. lib. 33. cap. 3. Induitur etiam pedibus aurum. Cicero pro Rab. Posth. Demetrius aspide ad corpus admota, vita privatus est. MANE *itaq; genitivus, dativus, ablativus verbi activi, ut vides, nisi perturbetur sensus: quod fit cum verbum activum ablativum admittit personæ, ut aufero à te vestem: Accipio à te literas: Multa à te audivi: Peto à te veniam: Nam si dicas, Vestis aufertur à me, à te: Littera accipiuntur à me, à te: Multa audita sunt à me, à te: Venia petitur à me, à te: incertum est, quid sibi velis.*

VERBA PASSIVA QUÆ *tempora sine personis habent, hoc est, præcipuis personis, prima & secunda.*

SUnt verba passiva, quæ tertia persona contenta sunt: Hæc præcedit nominativus, si activa sequatur accusativus, Dormio totam hyemem. *Martialis.* Tota mihi dormitur hyems. Nunc etiam vivo ætatem. *Ovidius.* Nota.

--nunc tertia vivitur ætas. Lib. 13. Metam: 128

Quod si in activis lateat accusativus, latebit etiam in passivis nominativus.

Bell, Gall:4 *Cæsar*, Noſtri milites ampliusquatuor hor[a] fortiſſimè pugnaverunt: A noſtris militibu[s] amplius horas quatuor fortiſſimè pugnatu[m] eſt.

Interdum uterque caſus apparet.

Plaut. in Pſeud. Priuſquam iſtam pugnam pu[-] gnabo, ego etiam prius dabo aliam pugnam[...] *Cicero pro Mur. Ex omnibus pugnis, quæ ſunt i[n]numerabilis, vel accerrima mihi videtur illa, q[uæ] cum rege commiſſa eſt, & ſumma contentione p[u]gnata. Saluſt. in Jugurth. Quæ negotia mu[...] magis, quàm prælium malè pugnatum à ſuis, [re]gem terrebat.*

QVÆ GRAMMATICI *vocant verba I[m]perſonalia paſſivæ vocis, appellat Varro ſpec[ies] declinationum, quæ tempora habent ſine per[ſo]nis cujus verba ſubjiciemus, quo res omnis per[ſpi]cua ſit. Quæ verba, inquit, tempora habent, n[ec] caſus, ſi habent perſonas, eorum declination[is] ſpecies ſunt ſex: Vna, quæ dicitur Temporalis,* [ut] *Legebam, gemebam, lego, gemo. Altera perſo[na]rum, ut Sero, meto, ſeris, metis. Tertia Rogan[di], ut Scribóne? legóne? ſcribiſne? legiſne? Qu[arta] reſpondendi, ut Fingo, pingo, fingis, pingis. Q[uin]ta optandi, ut dicerem, facerem, dicam, faci[am]. Sexta impetrandi, ut Cape, rape, capito, rap[ito]. Vides quemadmodum Varro appellet verb[a] quæ habent tempora & perſonas, quæ hodie [ap]pellamus Perſonalia? Vides itidem, quemad[...]*

dum primæ & secundæ personæ duntaxat meminerit, propterea, quod propriè personæ dicantur? AVDI quæ sequuntur. Item sunt declinationum species quatuor; quæ tempora habent sine personis. Interrogandi, ut Sciturne? seretúrne? Respondenti species eadem figura fiunt extremis syllabis demptis. Optandi species, ut vivatur, ametur, viveretur, amaretur. Impetrandi (hic postremus locus mutilus est; apparent tamen exempla) Paretur, pugnetur. Et infiniti modi, Parari, pugnari. Quis non videt Varronem hominem suæ ætatis doctissimum, quæ hodie Impersonalia vocis passivæ dicimus, appellasse declinationum species, seu verba, quæ habent tempora sine personis? Quis unquam Seror, vivor, pugnor, Sereris, viveris, pugnaris dixit? Appellantur ergo verba, quæ habent tempora sine personis, sive (ut Juniores loquuntur) Impersonalia, non quòd patientibus personis à fronte expressis ferè negantur, sed quia personis privantur. Cùm autem personas, intellige, quæ principatum tenent, IDEM sentit Phocas clarus grammaticus. Sunt, inquit, verba, quæ in personis deficiunt, & impersonalia dicuntur, ut Pudet, tædet, &c. Neque Donatus ab hac sententia alienus fuit. Sunt, inquit, quæ in T, litteram exeunt, & impersonalia dicuntur, ut Pudet, tædet, pœnitet, libet, oportet: Sed hæc & similia, defectiva æstimanda sunt. Meritò hæc defectiva sive mutila

Cur quædã verba appellentur Impersonalia.

mutilia existimanda esse censet Donatus, utpo
quibus præcipuæ personæ deficiant. Ex HOC V
renis loca multa efficiuntur, primò, activa il
quæ transeunt in accusativum tertiæ duntax
personæ, ut Sero, meto, pastino, aro, rigo, & cæ
ra ejusdem generis, cùm passiva fiunt, esse hu
ordinis, nisi quis rebus mutis vocem tribuat, u
terra, de agricolis conquesta dicat, Aror ab ing
tis agricolis: si agricola terram sic alloquatur, T
ra parens nostrûm omnium quàm sæpe à nobis a
ris? sed ad rem redeamus. Plaut. Epid.

Impersonalia à quibus verbis fiant.

I.

Mihi isthic neq; seritur, neq; metitur.

Plin. lib. 8 c. 3. Actus vocabatur, in quo boves s
gerent, cum aratur uno impetu justo. Cicero P
lip 2. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur,
mebatur. Horum nominativus facilè intell
potest Frumentum, ager, vinum, ludus. Lud
ludum, apud Terentium legitur.

II. DEINDE AB
mo & similibus verbis, quæ in omnes personas tr
seunt, fieri impersonalia, quod veterum autho
tate probari potest.

Plautus Pseu.

Quid agitur, Callidore? Cal. Amatur, at
egetur acriter.

Hoc est dicere, Quid agis? Amo atque eg
CÆTERUM ab his verbis tum demùm fiunt imp
sonalia cùm voce activa absolute ponuntur q
verbis, Amo, turbo, potissimum accidit.

Terentius Adelph.

Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?

Idem Andr:

Meum gnatum rumor est amare.

Ibidem.

Omnes, qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt, Tacit. lib. 3. Si una, alterave civitas turbet. Idem 4. Cùm repente turbare fortuna cœpit. Hinc passivum fit. Idem lib. 1. Postquam turbatum in castris accepere.

Terent. Eunuch.

Nescio quid profecto, absente nobis, turbatum est domi.

Ne te moveat nomen, Quid, ponitur enim Objectio. *...ic, ut apud Ciceronem Philip. 2. Nescio quid ...rbatus mihi esse videris.* VERUM *ut ad Plau...m redeamus, dices, ubi est nominandi casus ...riusq; verbi amandi, & egendi? Verbi aman..., honestius tacetur, quàm exprimitur. Egen... atq; cæterorum, quæ primo aspectu prorsus vi...ntur absoluta, usitatius, ornatiusq; supprimi...r, quàm explicatur, ut in illo Martialis ver...ulo.*

Non bene (crede mihi) servo servitur amico.

...vius elegantius omittitur, quàm adhibetur ...amvis aliquando activo adjungatur.

Plautus Milit:

Nam ego jam diu apud huc servitutem servio.

...à Cicerone, cum in Ver. 7. dixit, Curritur ad ...orium: nominativus, cursus, neglectus est: quã-

vis verbo activo addiderit contra Rull. 2. Cur non eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta, L. Torquato consulibus, cucurrerunt? VRGES E-

Objectio.

gendi verbum non ejusdem esse generis, nec enim dicimus Egeo egestatem, ut Noceo noxam, Servio servitutem: qui enim divitiarum flagrant cupidine, non egent egestate, sed pecunia. VENIT

Solutio.

in mentem illud Quintiliani, quo tibi satisfaciam: Ex quo mihi, inquit, inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua nescire. MVLTA

Quædam neutra olim fuêre activa

quæ hodie sunt absoluta, aut neutra, apud priscos fuêre activa. Turpilius apud Nonium, Meos parentes careo: Afranius apud eundem, Malè merentur de nobis heri, qui nos tantopere indulgent.

Terentius Eunuch.

Eÿcienda est hercle hac animi mollities, nimis me indulgeo. Plautus Mil:

Jura, non nociturum esse hominem te hac re neminem.

Sic evigilo, festino, propero etiam apud posteros

Ovidius 1. Tristib.

Aspicies illic positos ex ordine fratres.
Quos studium cunctos evigilavit idem.

Idem 2. Metam:

--jam, quas induat illa, festinat vestes.

Plaut. Pen:

Quicquid agit, properat omnia.

Tacitus l. 2. Nisi voluntariam mortem properavisset.

viſſet, Vnde paſſiva etiam fiunt. Idem de moribus Germanorum, Nec virgines feſtinantur. Plin. Paneg. Hinc delubra occulta celeritate properantur. Cic. Att. l. 9. At quàm honeſta, & quàm expedita tua conſilia, quàm evigilata tuis cogitationibus. VERISIMILE eſt (ut eò ſe referat oratio, unde egreſſa eſt) Egeo, ut careo, ut indulgeo, ut noceo, priſca illa ætate etiam accuſativum admiſiſſe. Egetur pecunia, vel quid ſimile, quod hodie neque apponitur, neq; opus eſt. Factitatum hoc fuiſſe priſcis illis ſeculis, argumento eſt illud Marci Catonis apud Gell. l. 10. c. 14. Contumelia mihi factum itur. Vides quemadmodum, Contumelia, præcedat verbum, itur quod monſtri ſimilie eſt hac ætate. NON video cur verba hæc interim non habeant, ſi opus erit: tertiam perſonam multitudinis. Cur enim non dicant glires, Totæ nobis dormiuntur hyemes? Nec deſunt veterum teſtimonia, quibus id confirmemus. Ovid. Epiſt. Noctes vigilantur amaris. Tacit. l. 17. Nec enim hic, ut cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus. Idem de Germ. Trans Ligios Gothones regnantur. Cic. 1. de Orat: Attamen iſta, quæ abs te breviter decurſa ſunt, audire cupimus. Idem pro Qu. Septingenta millia paſſuum vis eſſe decurſa biduo? Idem 1. de Off. Quo in genere etiam multa in repub precantur. POSTREMO docetur ex iiſdem verbis Varr. imperſonalia omnes modos habere, id quod nonnulli veterum (ut re-

Imperſonalia non carent tertia perſona multitudinis.

Imperſonalia habēt omnes modos.

fert Diomedes) negarunt, unde hæc, non verba personalia, sed modum impersonalem appellarunt. Hinc factum est, ut ipse Diomedes non progrediatur ultra indicativum, cùm impersonalia inflectit. Verùm cæterorum modorum exempla etiam apud veteres inveniuntur. Ovidius. Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis. Cæsar. 3. bell. Gall. Cùm jam amplius horis sex continenter pugnaretur. Cic. 3. Offic. Cùm à consulibus malè pugnatum apud Claudiam esset. Idem Attic. 10. Hic maneri diutius non potest.

Terent: Hecy:

Trepidari sentio, cursari sursum, deorsum.

POst se ablativum singularis vel pluralis numeri, cum præpositione A, vel Ab, exigunt,

Lib. 6. Cic ad App. Nihil est à me inservitum temporis causa. Idem Lentulo, Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. Hic casus sæpenumero tacetur. Plaut. in Pseudeol. Quid agitur? P. statur hic ad hunc modum. Idem in Persa. Quid agitur? vivitur.

Lib. 1.

Hæc verba passivorum constructionem omnino sequuntur: Nam modò ablativum habent. Cic. pro domo sua ab universo senatu reclamatum est. Idem ad Attic. l. 2. Non meo vitio fit, hoc quidem tempore (à te enim peccatū est) ut me ista epistola nihil consolaretur: Modò dativum, Mart. l. 13. Tota mihi

mihi dormitur hyems : Modò accusativum cùm
ræpositione Per. Cic. 4. in Verr. Confirmabat is
uraturum se esse, ne quid ei per filium suum no-
ceretur. Item servantur casus activi. Idem 2. de
Offic. Occurritur autem nobis, & quidem à do-
ctis & eruditis. DIOMEDES lib. 1. ait verba hæc
abere significationem agentis, utputa, inquit,
le, Legitur, scribitur, hoc est, Omnes legunt, o-
mnes scribunt. Quæ interpretatio in causa fuit,
t quidam crediderint ea generalitatem, ut vo-
ant, significare, atq; ablativum tantùm multitu-
inis admittere. Idem tamen Diomedes alio in
co, ubi accuratius agit de impersonalibus, docet
personalia infiniti modi passionem significare,
dducitq; illud Ciceronis, Nihil mihi ab istis noce-
potest. Item illud Salustij in Jugurth. Cum Gal-
de salute non de gloria certari. Ibidem docet
c admittere ablativum singularem: Tertiam,
quit, personam admittunt passivam, & decli-
ntur passiva declinatione more impersonali,
ast, Pugnatur à me, à te, ab illo. Mirum est
stimasse Diomedem modum infinitum passionem
nificare, cætera verò actionem. POTUISSET
im illo suo argumento docere, Verba, quæ ma-
nè passiva sunt, actionem significare: Socrates
datur ab omnibus. Omnes laudant Socratem:
gitur Cicero ab omnibus: Omnes legunt Cice-
em. Sed hæc hactenus devoranda fuit tandem
quando toties repetita crambe.

VERBA COMMUNIA.

VErba communia passiva significatione, passivorum more sextum casum interdum admittunt.

Apud Prisc. 8. *Cicero ad Nepotem*, Hoc restiterat etiam, ut te fictis aggrederer donis. *Idem de Sen.* Apud Prisc. 8. *Mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam ejus, à quo essent illa dimensa & descripta.*

Varro, ab amicis hortaretur.

Lib. 7. d. 4. *Liv. Omnis ora maritima ab Acheis depopulata* Lib. 5. d. 4. *erat. Idem, Amicum ab ipso per tot casum ex-* Epist. 91. *pertum. Seneca. Infirmiores à validioribus tue-* Apud Prisc. 8. *batur. Verius Flaccus, Sævitiaque eorum ab o-* De bel. Afr: *mnibus abominaretur. Hirtius, Caius interim Virgilius, postquam terra mariq; clasus, se nihil proficere intellexit, Regem vagum, à suis desertum, ab omnibus aspernari.*

Nonnunquam dativum pro ablativo habent.

Terent. Phor. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.

ADMONITIO.

Tyrones, maximè præsenti tempore & imperfecto, à verbis communibus significatione passiva quoad ejus fieri poterit, abstinebunt.

Hæ

Hæc enim testimonia non tam eorum causa, quàm in veteranorum gratiam allata sunt: quibus, pro sua prudentia & eruditione, an sit utendum, iudicabunt.

De verbis communibus agit Gell. l. 15. cap. 13. Subijciam nonnulla, cætera, si vacabit, perleges. Vtor, inquit, & vereor, hortor, & consolor, communia verba sunt, ac dici utroq; versum possunt Vereor te, & vereor abs te, id est, tu me vereris. Vtor te, & abs te, id est, tu me uteris. Hortor te, & hortor abs te, id est, tu me hortaris. Testor quoq;, & interpretor significatione reciproca dicuntur. Sunt autem verba hæc ex altera parte inusitata, & an dicta sint in eam quoq; partem, quæri solet: Citat nonnullos priscos auctores. PRISCIAN. *l. 8. multa verba numerat, quæ etiam in præsenti tempore, & imperfecto sunt communia, ex quibus nonnulla descripsimus. Cicer. ad Nepotem, Qui habet, ultro appetitur: qui est pauper aspernatur. Idem in Oecon. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. Idem, Cupio eum tam invidia fortuna complecti. Idem 2. de Invent. Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur. Asinius Pollio, Sed cùm ob ea, quæ speraveram, dolebam, consolabar ob ea, quæ timui. Tacitus libro 12. Memmium Pollionem consulem designatum ingentibus promissis inducunt*

inducunt sententiam exprimere, qua hortaretu Clodius Octaviam despondere Domitio.

Plautus Trinum.

Non ætate, verùm ingenio adipiscitur sapientia. Ovid. 4. de Trist. eleg. 7. palmas adeptas, dixi passivè. Gellius lib. 15. cap. 7. Observatum in multa hominum memoria, expertumq́; est in senioribus plerisq́; omnibus & cæt. Cicero pro Rosc. Amer. Quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videbantur. Scævola lib. 45 Pandect. de Verborum Obligat. Nam sicut & ipsius, & hæredis caput: ita & ipsius vis, & hæredis, vel sæpius facta complectitur. HVC *spectat, testatus, interpretatus, largitus, dilargitus, mentitus, ementitus, demetitus à dimetior, blanditus, confessus, ab ominatus, quorum testimonia invenies in Rudimentis de Verborum generibus.*

Objectio. DICET *fortasse aliquis, hæc potius censenda esse verba passiva ab activis depopulo, comito, consolo, complecto, amplecto.*

Responsio. *Non eo inficias, quàm plurima apud priscos etiam fuisse activa, quæ modo ferè deponentia aut communia sunt, cujusmodi sunt amplecto, amplexo, aucupo, complecto, consolo, contemplo, crimino, digno, largio, & alia quàm plurima quæ apud Priscianum l. 8. & Non. Marcellum* DE CONTRARIIS GENERIBVS VERBORVM *invenies.*

NEVTROPASSIVA.

Vapulo

VApulo, Veneo, Fio, ut passionem significant, ita Passivorum more cõstruuntur.

Malo à parentibus vapulare, quàm assentatoribus aures patefacere. *Cicer. ad Tiro. Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te judicabo.* Lib. 16. *Quintilianus, Fabricius respondit, à cive spoliari malle, quàm ab hoste venire.* Lib. 12. c. 1.

QVINQVE à Grammaticis hoc loco numerantur, Vapulo, veneo, fio, exulo, liceo: quorum duo extrema prætermisimus, quod nondum ea cum ablativo personæ agentis legerimus. Cæterorum exempla accipe. Quintil. l. 9. cap. 2. Tum agenti criminis gratia, ita testis in reum rogatur, an à reo fustibus vapulasset. Idem l. 12. c. 1. de Fabricio, id mirantibus quibusdam respondit, à cive spoliare malle, quàm ab hoste venire.

APPENDIX.

FIO eleganter cum ablativo jungitur sine præpositione, sed alia significatione.

Terent. Andr. Nunc primum audio, quid illo factum sit. *Ibidem. Quid me fiet? Idem, Heaut. Tu fortasse, quid me fiat, parvi pendis. Cicero ad Terent. Quid puero misero fiet? Ibidem Quid Tulliola mea fiet?* Lib. 14.

Parti-

Participium, Futurus, eodem sen[su] eundem casum postulat.

Terent Heaut. Quid me futurum censes?

Et cum dativo.

Philip. 2. *Cic: in Antoni.* Vide quæso Antoni, quid t[ibi] futurum sit.

CONSTRVCTIO *hæc figurata est, deest en[im] præpositio De, quæ tamen non rarò adhibet[ur] Cic. ad Attic. l. 6. Quid illo fiet, quem reliqu[e]ro? quid de me autem, si non citò decedo? Id[em] ad Attic. l. 2. Quid de P. Clodio fiat, rescrib[e]. Jungitur etiam cum Dativo. Plaut: Bacc[h]. Quid mihi fiet postea? VERBVM Facio eod[em] modo usurpatur à doctis. Cic. 3. Verr. Quid h[oc] homine faciatis? aut ad quam spem tam perfid[io]sum, tam importunum animal reservetis?*

Terentius Andr.

Nec quid me nunc faciam, scio.

Cicero 4 Acad. Diodoro quid faciam Stoic[o]. Idem pro Cæcin. Quid tu huic homini facia[s]. Idem 4. Acad. Quid enim faceret huic concl[u]sioni? Si lucet, lucet: Lucet autem, lucet [er]gitur.

COMMVNES OMNIUM

Verborum Constructiones.

Hactenus de propria, atq; privata verboru[m] constructione dictum sit.

Deincep[s]

Deinceps de communis omnibus dicendum erit.

GENITIVUS COMMUNIS.

PRopria pagorum, castellorum, urbium, primæ vel secundæ declinationis, ponuntur in genitivo post quotvis verbum, si interrogatio fiat per adverbium, Vbi. *Interrogatio Vbi.*

Cic. Att. Egnatius Romæ est. *Idem ad Quint. Fr. Accepi litteras tuas datas Placentiæ. Idem Att. Veteranos, qui Casilini, & Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam.* Lib. 4. Lib. 2. Lib. 16.

Propria sequuntur appellativa quatuor: Humi, Belli, Militiæ, Domi, quorum postremo adjungi possunt adjectiva Meæ, tuæ, Suæ, Nostræ, Vestræ, alienæ.

Cic. 5. Tusc. Theodori nihil refert, humine, an sublimè putrescat. *Idem de Offic. Quibuscunque rebus vel belli, vel domi poterunt, rempublicam augeant. Salust. Domi, militiæq; boni mores colebantur. Cicero ad Marcellum. Nonne mavis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ?* Lib. 2. In Catil. Lib. 4.

Hvmi *jungitur interdum cum verbis significantibus* Humi juncta

cantibus

canibus motum, Plinius *l. 9. cap. 13. Pinnis, q*
bus in mari utantur, humi vice pedum serpunt.

gitur cum verbis significantibus motum.

Virgilius 1. Æneid.

Nec prius absistit, quàm septem ingentiam vict
Corpora fundit humi.

Plinius libro 8. capite 83. Intentos ingenteis
tus defigunt humi. Colum. lib. 8. cap. 15. Ca
liculus humi depressus.

Ovid. 3. Metamor.

Spargere aliquid humi.

Et ibidem lib. 1.

Prosternere humi juvenem.

Domi etiã substantivis copulatur.

DOMI, *etiam cum substantivis copulatur. C*
ad Att. l. 1. Clodius deprehensus domi Cæsa
& Philip. 2. Qui tibi venit in mentem, redi
re in memoriam nostram, te domi P. Lentuli
se educatum. Idem Attic. 2. præpositionem a
didit, Cùm in domo Cæsaris quondam unus

Dubium.

fuerit, nunc, &c. Quidam solent dubitar
dicendum ne sit, Marcellus natus est Ror

Solutio.

nobilis urbis, ac nobili urbe. Quibus respo
deat Cicero pro Archia, Primum (inqu
Antiochiæ, nam ibi natus est, loco nobili,
celebri quondam urbe, & copiosa, atq; er
ditissimus hominibus, liberalissimisq; st
dijs affluenti, &c. *Idem pro Rab. Posth.*
Neapoli in celeberrimo oppido cum mitrella
pe videmus chlamydatum L. Syllam Impera
rim... Idem Phil. 4. Albæ constiterunt, in ur

opportun

opportuna munita, &c. PLINIVS *ferè ablativo utitur addita præpositione. L. 2. c. 73. Constat q; in Berenice urbe Trogloditarum, &c. In eodem cap. 96. In Nea oppido Troadis. Ibidem, in Taurorum peninsula in civitate Parasino terra est, qua sanantur omnia vulnera. Eodem l. c. 97. Eadem natura in Hispali oppido uni puteo, cæteris vulgaris.*

SI propria tamen fuerint tertiæ declinationis, vel Pluralis numeri, sexto casu utendum est.

Cic. de Divin: Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. *Idem Tironi, Si statim navigas, nos Leucade consequere. Idem Sulpit. Commendo tibi majorem in modum domum ejus, quæ est Sytione. Idem Attic. Malo cum timore domi esse, quàm sine timore Athenis tuis. Idem ad eundem. Lentulum nostrum scis puteolis esse. Idem pro Corn. Vnum objicitur, natum esse Gadicus, quod nemo negat.* Lib. 1. Lib. 16. Lib. 13. Lib. 16. Lib. 9.

SEPTVAGINTA *septem testimonia paraveram, quibus planum facerem, nomina tertiæ declinationis ablativo efferri, cùm hujus sunt loci, non dativo, ut nonnullis persuasum est: cujus sententiæ dant autorem Servium, qui usq; eo in ea fuit, existimarit illud Virgilij.*

-- Tyria Carthagine qui nunc expectat.

metri necessitate dictum esse: Ciceronem ve-
ro antiptosin fecisse, cùm dixit in Philip. An tu
Narbone in mensas hospitum cùm vomeres. Ve-
rùm, ne tibi pariam fastidium, multis omissis o-
stendam, neq; Virgilium necessitate coactum, a-
blativo fuisse usum neque Ciceronem ut ipse ait
antiposin fecisse. Cic. ad Att. 16. Sextum nuncia-

Exempla de Ablativo

vit cum una sole legione fuisse Carthagine. Hunc
locum videntur Grammatici ad normam Servij
correxisse, sed in correctis sic legitur. Livius 1.
bell. Pun. Annibal Sagunto capto, Carthaginem
novam in hyberna concesserat, ibiq; auditis quæ
Romæ, quæq; Carthagine acta, decretaq; forent
&c. Etiam hic locus vitiosè citatur. Ibidem l.
4. Hippocrates & Epicides nati Carthagine,
sed oriundi ab Syracusis. Idem l. 6. Ipse paucos
dies, quibus morari Carthagine statuerat &c.
Eodem l. Hunc ordinem laboris quietisq;, quoad
Carthagine morati sunt, servaverunt. Et lib. 7.
Quinq; millia Numidarum Carthaginem esse.
Eodem l. Et armorum affatim erat captorum
Carthagine. Et ibidem, Ex octaginta navibus,
quas captas Carthagine habebat. Eodem, Fa-
ma erat magnum navalem apparatum eo anno
Carthagine esse. Idem l. 8. Lucio Martio, Tar-
racone, Marco Syllano, Carthagine nova, a[...]
præsidium Hispaniæ relictis. Eodem Consilium di[...]
his Carthagine erat. Eodem, Carthagine nihi[...]
civilis roboris est. Eodem, Hæc Carthagine p[...]
rabant. Idem 3. bell. Maced. Judicum ordo e[...]

dem tempestate Carthagine, dominabatur. Eodem, Carthagine & multitudinis assueta domum Annibalis frequentare, concursus ad vestibulum ædium est factus. Et lib. 4. Hunc Aristonem carthagine observantem, &c. Idem lib. 1. Dec. 5. Certius aliquando, quæ Carthagine acta essent, ab rege resciverant. Plin. l. 15. c 18. Atque tertium, inquit, ante diem scitote decertatum Carthagine; tam propè à muris habemus hostem. Sueton. in Gall. Carthagine nova conventum agens, tumultuari Gallias comperit. Nulla necessitate compulsi omnes hi, quos citavimus, ablativo usi sunt, Non inficias eo, aliquoties apud Plautum, Dativum pro ablativo reperiri, Carthagini, Sicyoni, pro Carthagine, Sycione: Sed suspicor Grammaticorum diligentia id factum esse. JAM verò illud Cic. quod circumfertur, Arbitrabantur Corintho, & Carthagini non defore, qui illa restituerent, non est hujus loci. Quod ut apertius videas, integrum locum subjiciam. In Rull. 2. Arbitrabantur Corintho, & Carthagini, etiam si Senatum & magistratum sustulissent, agrumque civibus ademissent: tamen non defore qui illas restituerent, atque qui ante omnia commutarent, quam nos audire possemus Corintho, & Carthagini, non sunt casus communes, sed proprij verbi sustulissent. QVOD ad antiptosin attinet, si Cicero cùm Narbone, dixit, figuratè locutus est (ut placet Servio) antepo- Nota. nenda est Tulliana antiptosis Servij præce-

ctioni, cùm non aliter Cicero loquatur 2. Phi
ip. Vide quæso Antoni, quid tibi futurum sit
quem & Narbone hoc consilium cum C. Treboni
cæpisse notissimum est. Idem Attic. 8. Partim
Albæ, partim Sulmone collocavit. Ibidem, Sul
mone C. Actium Pelignum aperuisse Antoni
portas. &c. Idem 3. de Nat. Quos Homerus, qu
recens ab illorum ætate fuit, sepultos esse dici
Lacedæmone. Idem de Senect. Dicere, ajunt
solitum Lacedæmone esse honestissimum hospiti
um. Sic idem 3. de Leg. de Senect. pro Dejot
Tarracone, dixit. Sic Liv. Crotone, Frusinone
Lacedæmone, Chalcide, Demetriade, Medeone
Plin. Salamine, Colophone, Tarracone, Babylo
ne, Leucade. Sic Justin. Suet. Horat. Virgil
Ovid. Silius. TYBVRI, fateor esse apud Cic
ad Attic. 16. Nunc demum rescribo his literis
quas mihi misisti, convento Antonio Tyburi. I
tem apud Sueton. in Calig. c. 8. Liv verò libr
10. belli Pun. Tybure dixit. Tybure haud ita mul
tò antè mortuus, quo ab Alba traductus fuerat
Idem 5. ab Vrbe, Anxuri dixit: Neglectum An
xuri præsidium &c. FORTE nominum Tybur &
Anxur, apud veteres & E, & I, litteris, abla
tivus terminabatur, vel Servio blanditi sun
librarij, cujus præceptionem invenies in 2. Edit
Donati. NOBISCVM facit Diomed. l. 1. Etiam
inquit, nomina civitatum in adverbia redig
possunt, & illa quidem, quæ genitivo casu I
vel Æ, litteris finiuntur, quando in ipsis civita

tibus sumus, vel illic aliquid agimus, ipso genitivo casu uti debemus, ut Romæ sum, Arimini versor, Arimini moror. Quando autem ad ipsas civitates pergimus, adverbium facimus ad locum, casu accusativo, ut Romam vado, Ariminum pergo: Si verò digredimur, septimo casu utendum est, ut Roma venio, Arimino discedo. Ea verò nomina civitatum, quæ genitivos in Is syllabam mittunt, in una tantùm parte dissentiunt à superioribus: nam & adverbium loci in loco, septimo casu conservabimus, ut Narbone sum, quia facit hujus Narbonis: Babylone sum, quia facit hujus Babylonis. Idem docet Prisc. lib. 15. multò copiosius.

APPENDIX.

DAtivo Ruri, vel ablativo Rure utimur, cum hujus est loci.

Plaut. Bach. Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est. Livius, Morientem rure eo ipso die sepelire se jussisse ferunt. Lib. 8. decad. 4.

TERENTIUS Adelph. Ruri agebat vitam, & in labor. Ruri se continebat. Plaut. Casin. Ruri inbat in præfectura. Liv. 7. ab urbe, Secundum x locis tenuit, nullis domi, militiæque ad concilindum gratiam meritis, ut qui ruri, & procul tu hominum inventam egisset. QUID si Ruri iscus est ablativus? maximè cum Iustinus lib. 1. xerit, Igitur antelucano tempore ruri ingres-, obvium habuit servum de ergastulo &c.

Interrogatio per Quod

SI verò per adverbium Quò, fiat interrogatio, accusandi casu efferuntur, cujuscunq; sint declinationis ac numeri: ut, Quò is? Romam, Brundusium, Carthaginem, Athenas, Delpas, Gades, Rus, Domum.

Lib. 14.
lib. 7. c. 16.

Cic. Att. Epistolas Catinam, Taurominum, Syracusas commodiùs mittere potero. *Plin. Suessam Pomeriam illa tempestate florentissimam deportata est. Ter. Heaut. Domum revertor mœstus. Idem Eunuch. Rus ibo. Cicero pro Archia, Eum domum suam receperunt.*

LIVIUS *lib 5 bell Maced. Athenas primùm deinde Chalcidem, inde in Thessaliam iêre. Idem 1. bell. Pun. Gadeis profectus, Herculi vota soluit. Idem 1. ab Vrbe, Delphos mittere statuit. Cic. in Pison. Cn. Pompeium domum suam compulistis.*

Verba nunciandi Dandi, latentem motum adsignificant.

VERBA *Nuntiandi, Dandi, latentem motum adsignificant interdum. Cic. 4. in Verr. Res ab omni conventu cognita celeriter domum nunciatur. Idem ad Brutum lib. 10. Ita Romam erat nunciatum. Liv. 9. bell. Pun. Missisq; qui Carthaginem ingens gaudium nuntiarent. Idem 7. bell Maced. Quæ postquam Samum sunt nuntiata. Cic. 3. Verr. Statim Messanam litteras dedit.* PROPRIA, *item Rus, & Domus numeri multitudinis etiam adjectiva sine præpositione admittunt, Liv. l. 3. bell. Pun. Inde Capuã flexit*

iti

iter luxuriantem longa fœlicitate. Justin. l 31. *Appropinquant vespere, equum conscendit, & rus urbanum contendit. Liv. 2. ab Vrb. Tantus terror Tarquinium atq; Hetruscos incessit, vt ambo exercitus Vejens & Tarquiniensis suas abirent domus.* Rus numero multitudinis nondum legi sine præpositione. *Liv. lib. 9. dec. 4. Jam ubi vos dilapsi domus, & in Rura vestra eritis. Salust. Jugurth. Domum regiam dixit: Aurum atq; argentum, & alia quæ prima ducuntur, domum regiam comportant. Prisc. addit humum, militiam, quod tamen nullis testimonijs docet.* Nota.

SI per Vnde, vel Qua fiat interrogatio, ablativo utemur. Interrogatio per Vnde & Quà.

Vnde redis? Roma, Carthagine, Athenis, Delphis, Gadibus, Rure, Domo, Quà iter fecisti? Roma, Brundusio &c *Cic. Attic. Accepi Roma sine tua epist. fasciculum litterarum. Idem Attic. Hæc super re scribam ad te Rhegio. Terent Eunuch. Video rure redeuntem senem. Cicero ad Attic. Iter Laodicea faciebam, cùm has litteras dabam in castra,* Lib. 5. Lib. 14. Lib. 5.

APPENDIX.

PRopria sæpe præpositionem accipiunt, maximè si quæstio fit per Vnde aut Quò.

Cicero Attic. A Brundusio nulla adhuc fama venerat. *Idem ad eundem, Navis & in Cajeta* Lib. 9. Lib. 8.

parata est nobis, & Brundusij Idem de Senect. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam. Livius, Interim ab Roma legatos venisse nuntiatum est. Cæsar. Complures præterea naves longas in Hispali faciendas curavit. Plinius ad Calestrium, Proconsul provinciam Bæticam per Ticinium est petiturus.

Bell. Pun. 1.
Bell: Civ: 2
Lib. 7.

Objectio.

QVINTILIANUS *lib. 1. c. 5 ait, fieri solœcismum Adjection, cùm propriis additur præpositio, ut veni de Susis in Alexandriam. Cicero Attico se per literas purgat, à quo fuerat reprehensus, quòd, In Piræa, scripsisset: ait enim se, In, non ut oppido præposuisse, sed ut loco: existimaverat enim Piræea locum esse, non oppidum. Rem totam subijciemus, quo facilius intelligatur. Scripserat Cicero ad Atticum lib. 6. de his verbis, In Piræa cùm exissem pridie Idus Octobris accepi ab Acasto servo meo statim tuas litteras. Eum Accusaverat Atticus in quadam epistola solœcismi, quòd præpositionem addidisset. Cui Cicero ita respondit libro 7. Venio ad Piræea, in quo magis reprehendimus sum quòd homo Romanus Piræea scripserim, non Piræeum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quàm, quòd, In, addiderim: Non enim hoc ut oppido præposui? sed ut loco. Et tamen Dionysius noster, qui nobiscum est, & Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piræea. Sed de re videro: Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quòd non ut de oppido*

locutus

locutus sum, sed ut de loco. Sequutusq; sum non
co Cælium.

Mane ut ex portu in Piræum.

Malus enim autor latinitatis est) sed Terentium
jus fabellæ propter elegantiam sermonis puta-
ntur à C. Lælio scribi.
eri aliquot adolescentes convenimus in Piræeum
Et idem, Mercator hoc addebat captam è Su-
, quod si, δήμες, oppida volumus esse, tum est
pidum in Sunium, quam Piraeus. Sed quoniam
ammaticus es, si hoc mihi Ζήτημα persolve-
, magna me molestia liberabis. HACTENUS *il-*
: apud quem nihilominus frequenter leges
epositionem proprijs additam, ut ad Att: l. 8.
o autem cum esset incertum iter Cæsaris, quot
l ad Capuam, vel ad Lucretiam iturus puta-
ur. Lepram ad Pompejum misi, & litteras:
ne quo inciderem, reverti Formias. 7. Ver.
ratibus conjunctis freto fugitivi ad Messanam
nsire possent. Ibidem, Accedere incipiunt ad
racusas. Idem Phil. 13. Ut cum suis copijs i-
ad Mutinam, Idem Philip. 22. Profectus ad
tinam est. Idem 2. Offic. Quam cum in Si-
nem attulisset. Ibid. l. 3. Si exempli causa,
bonus ab Alexandria profectus. Ibidem, Si
n sciat complures mercatores ab alexandria
isse. Idem Philip. 12. Ne si à Mutina
lem recesserit, audiemus Antonium. I-
m, Recedit igitur à Mutiva. SED *quid*

opus

opus eſt pluribus teſtimonijs? Liv. tertio quo
verbo præpoſitionem ſolet addere, maximè abl
tivo, cum motus è loco ſignificatur. Lib. 1. be
Pun. Legati Romani ab Carthagine in Hiſpa
am trajecerunt. Idem 2. bell. Maced. Attalus
Argis Sicyonem eſt profectus. IDEM *ſæpè,*
præpoſitionem etiam adhibet 5. ab Vrb. Inde
Vejos exercitus ductus. Ibidem, Cum exerci
bus necopinato ad Vejos acceſſere. DICET
fortaſſe aliquis, Ad, hic propinquitatem adſig
ficare. Audi eundem Livium ſublata præpoſit
ne, idem prorſus ſignificaſſe. Ibidem, Voluntar
ductus exercitus Veios. Ibidem, Seu Veios,
quò alio duci velint. Vides ut idem ſignifice
addita, vel detracta præpoſitione. Si, Ad, prop
quitatem adſignificaret, non dixiſſet Cicero
Planc. Brunduſium veni, vel potius ad mœni
ſatis enim eſſet, ad Brunduſium veni. Plin
frequentiſſimè præpoſitiones addit, maximè c
motus è loco ſignificatur, interdum etiam c
quies. Lib 31. cap. 2. Aquarum culpa in Træ
ne omnium pedes vitia ſentiunt. Idem lib.
cap 7. Inveniuntur compluribus aliis locis ſi
in Ephyra & Aſſo. Lege Cæſarem, Curtium, a
NOTA. *quos eadem loquendi rationem invenies.* QV
ergo, inquies, non conſtat ſibi M. Tullius? Si p
lò attentius quæ dixerit, conſideres, planè inte
ges, non eſſe ſui diſſimilem. Primùm non confe
eſt apertè peccatum vitiumq; eſſe, præpoſition
addere noſtrum inquit, quidem ſi eſt peccatum

inde ait se Terentium elegantiæ studiosissi-
mum, optimumque latinitatis autorem secutum.
l extremum, quæstionem solvendam, modumque
plicandum reliquit Attico tanquam Gramma-
o: perinde ac si diceret: eos, qui ad Gramma-
orum normam loquuntur, præpositionem decli-
re: qui verò orationis ornatui & elegantiæ ser-
unt, eam minimè reformidare.

Appellativū Domus etiā admittit præpositiones.

OMUS nonnunquam etiam præpositiones ad-
ttit. Plinius ad Calestrium lib. 7. Ego in vil-
ejus sæpè secessi, ille in domò mea sæpè convo-
vit. Livius lib. 4 dec 3. Ab domo venerunt
cero 2. Philip. Ad quem è domo Cæsaris tam
ulta delata sunt. Idem 5. Tusculan. Socrates
tem primus philosophiam devocavit è cœlo &
urbibus collocavit, & in domos etiam intro-
xit. Seneca lib. 2. Controvers. Controversia
ma: Ego in domum vestram intrabo. Ibidem,
po operam, quod in domo tua facillimum est,
abdicer. Ibidem, Aliquid in domo locupletis
agendum, agam. NON solùm verba, sede-
m nomina interdum casus communes habent

Nomina interdum casus communes habent.

ar 1. bell. Gall. Reliqua privata ædificia in-
dunt, frumentum omne, præterquam quod se-
n portaturi erant, comburunt, ut domum re-
ionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula
unda essent. Cicero Philip. 4. Cùm capitalem
estiferum Brundusio M. Antonij reditum ti-
remus.

Nomi-

NOMINA Insularum, Regionu[m] Provinciarum, cæterorum den[ique] locorum, præpositionem ferè desid[e]rant.

Lib. 4. *Cic. in Verrem.* Sicilia in Africam gradus i[m]perij factus est Romanis. *Idem Attico,*
Lib. 9. *P[...] mitto tibi, si valebit, tegulam illum nullam in [I]talia relicturum. Idem ad eundem, Nonis Qu[in]*
Lib. 14. *veni in Puteolanum. Idem ad eundem, Ego in T[us]*
Lib. 13. *culano te expecto.*

II. APPENDIX.

PRopriis majorum locorum int[er]dum detrahitur præpositio, præcip[uè] à poëtis & historicis.

Æneid. 3. *Virgil* Ibitis Italiam, portusq; intrare lice[t].
Bell. Mac. 7 *Livius, Ingressi rursus iter per Chersonesum, H[el]*
Lib. 2. *lespontum perveniunt. Tacitus, Germanicus Æ[g]*
Ibidem. *ptum proficiscitur. Idem Germanicus Æg[y]*
Lib. 4. c. 1. *ptum proficiscitur.*
Bell. Civ. 3. *io remanes. Val. Max. M. Bibulus duos eg[re]giæ indolis filios suos à Gabinianis militibus Æg[y]pti occisos cognovit. Cæsar. Cæsar cum audi[s]set Pompejum Cypri visum, &c. Cicero pro do[mo] sua. M. Cato invisus, quasi per beneficium C[y]prum relegatur.*

Propriis majorum CVM HIS *atque alijs ejusdem generis nom[i]nibus detrahitur præpositio, fit solœcismus D[e]*

tractis

ctione, ut *Quintiliano l. 1. c. 5. placet, ut Æ-*
to venio, quàm tamen ut vides, non solùm
tæ & historici, sed etiam oratores interdum
ittunt. Cicero pro Lege Manil. Siciliam a-
, Africam exploravit, inde Sardiniam venit
m in extrema 7 in Verr. Teq; Juno Regina,
us duo sana duabus in insulis posita sociorum,
litæ & Sani sanctissima & antiquissima, si-
i scelere idem iste omnibus donis, ornamen-
, nudavit, nisi quis putet Melitæ & Sami vr-
ipsas hic significare non insulas: quæ appositio
ior erit: neque minus dura: si insulas ipsas
lligamus. NON pauca præterea testimonia
feruntur, quæ tamen non urgent. Cicero ad
ic 5. Sexto Delum Athenis venimus, & pau-
st, ab Ceo, jucundè, ind. Gyarum sævo ven-
on adverso: hinc Scyrum, inde Delum, &c.
erat in animo nihil festinare, Delo nec me
ere. Eodem libro, Quæ mihi jam Sami, sed
bilem in modum Ephesi præsto fuit Idem
undem, Cùm Corcyræ epulati essemus. HÆC,
am, & similia non urgent, cùm Delos, Sa-
Corcyra, non solùm insularum, sed etiam
dorum sunt nomina, ut Rhodos, Ithaca, Te-
s, Melita. Cicero 3. Verr. Delum oppidum
llat & Samum, Tenedum vrbem, & Strabo
Samum vrbem vocat, Melitam Cic 6. in Ver.
n oppidum vocat: Insula est Melita Iudices
in qua est eodem nomine oppidū, &c. Corcyrā
& ur-

Locorum o-ratores præ-positione nonnunquā detrahunt.

& urbem esse docet Plinius libro 4. cap. 12. [...] *dibile est in cæteris insulis fuisse oppida i*[...] *nominibus.* CÆSAR *l. 2. bell Civil. Quibu*[...] *territus Varro, cùm itinere converso sese in*[...] *liam venturum promisit: non facit ad rem,* [...] *Italiam, præcedat præpositio. Neq; illud S*[...] *nij, Decedens Macedonia: neq; Ciceronis l*[...] *ad Att. Si Cn. Italia cedit in urbem redeun*[...] *peto: utrunq; enim verbum ablativum sæpe*[...] *bet sine præpositione. Cicero pro Lig. Dece*[...] *Considius provincia. Sic decedere via, jure*[...] *instituto suo, itinere, fide, &c. Idem ad*[...] *Cedam urbe, quàm per me conservatam, ut*[...] *libera, in servitute videre non potero. Ad*[...] *dem. Cedam de via. Ad eundem, Cedere*[...] *Curia, & pro Milon. Cedere possessione. Q*[...] *si Sardinia, & Cyprus aliquando etiam urb*[...] *nomina fuerunt? Terentius, cujus autorita*[...] *Cicero solet tueri, Cyprum in Adelphis bis c*[...] *omissa præpositione.*

Cedo, Decedo, sæpe ablativum habent sine Præpositione.

-- te ajunt, proficisci Cyprum.

Ibidem.

-- & item hinc alia, quæ porto Cyprum.

Et LIVIUS lib. 5. dec. 5.

Crebro pars Cyprum navigant.

Ibidem.

Navigare Cyprum pergit.

Ibidem

Cyprum extemplo classem misit.

Cùm Petendi verbum pro proficisci, adire, Peto prò proficiscor, præpositionem respuit
ibetur, non est locus in præpositioni. *Liv.*
ell. Pun. Dum ipse terrestri per Hispaniam Gal-
q; itinere Italiam peteret. Plin ad Calestri-
l. 7. Proconsul provinciam Bœticam per Ti-
um est petiturus.

APPENDIX.

Erta appellativa ablativo sine præ-
positione eleganter efferuntur, quæ
oquin accusativo cum præpositione
r, efferenda essent.

ero Attico, Nunc iter conficiebamus æstuo- Lib. 5.
& pulverulenta via. *Idem in Verrem, Mul-* Lib. 2.
mihi à C. Verre insidiæ terra mariq; factæ sunt.
m pro Planc. Iter à Vibone Brundusium terra
ere contendi.

Agandi verbum hanc in primis ele- *Vagari.*
gantiam sibi vendicat.

m in Marc. Anton. Nunc tota Asia vagatur, Philip. 10.
litat ut Rex. *Idem at Attic. Quem quidem* Lib. 14.
o jam tutò vel solùm tota Vrbe vagari posse.
m pro Fonteio, Hic contrà vagantur læti atq;
ti passim toto foro.

DATIVVS COMMUNIS.

Vodvis verbum admittit dativum
ejus personæ, in cujus gratiam

tiam, commodum, vel incommodu aliquid fit.

Dil. 2. *Plautus Milit.* Tibi aras, tibi occas, tibi ser tibi eidem metis. *Cicero Attico. Libros tu cave cuiquam tradas: nobis eos, quemadmodu scribis, conserva. Livius, Magno illi ea cunc tio stetit.*

Ab Urbe 2.

ACCUSATIVUS COMMU-NIS TEMPORIS.

TEmpus accusativo vel ablativo c su effertur, si per Quamdiu fiat i terrogatio, ut Quamdiu regnavit R mulus? Septem & triginta annos, v annis.

Ab Urbe 1. *Liv.* Romulus septem & triginta regna annos. *Suetonius, Vixit annis viginti noven imperavit triennio, & decem mensibus, diebu octo.*

In Cal. cap. 59.

Sin verò per quando fiat, ablativo ut mur, ut quando datum est tibi nego um? Anno superiore.

Cicero de Arusp. Negotium magistratibus datum anno superiore. Idem 5. Tusc. Heroica tiam ætatibus Ulyssem & Nestorem accepimus fuisse, & habitos esse sapientes.

SPATIVM temporis vocant, cùm per adverbium Quamdiu fit interrogatio, & tunc frequentiùs utimur accusativo, quàm ablativo.

Spatium temporis frequentius in accusativo effertur.

Livius 1. ab Urbe. Regnavit Ancus annos quatuor & viginti. Idem 1. bell. Maced. In paucos dies sæviente Borea retexti. Cicero 5. Tusculan. Dionysius duodequadraginta annos Syracusanorum Tyrannus fuit. Idem 4. in Verr. Provinciam triennium obtinuisti. Idem 2. de Leg: Cotta censet habendas triduum ferias. Idem ad Catonem l. 15. Biduum Laodiceæ fui deinde Apameæ quatriduum triduum Synadis, totidem dies Philomeli. Sic ferè Cicero & Livius loquuntur. Plinius sæpe etiam ablativo utitur, Maximè lib. 7 c. 48. Masinissam sexaginta annis regnasse indubitatum est. SPECIEM temporis quidam appellant, cum per adverbium Quando, interrogamus. ABLATIVVS interdum Intra, significat, ut paucis diebus, Biduo, Triduo, pro intra paucos dies. Intra biduum, Intra triduum. Cicero ad Quint. Frat. lib. 3. Diebus sexdecim absolutæ quatuor tragœdiæ Idem Attico, l. 9. Biduo aderimus. Idem pro Mil. Clodius respondit, triduo illum, ad summum quatriduo periturum.

ACCUSATIVUS COMMUNIS SPATII.

QVivis verbo apponi potest accusativus qui distantiam loci significet.

 Cicero

Lib. 16. *Cic. ad Tironem*, Is locus est citra Leucadem
Lib. 12. stadia viginti. *Idem Attico, cubitum nullum assiduo cursu processit Idem pro Dejotaro. Negat se à te pedem discessisse.*
Bell. Mac. 7. *Livius, Mille & ducentos passus ibi latitudo patet.*
Ibidem. *Idem, Duo millia ferme, & quingentos passus ab hoste posuerunt castra. Cic. pro Sex. Edixit, ut ab Vrbe abesset millia passuum ducenta.*

Interdum ablativo utũtur scriptores.
Bell. Gall. 1. *Cæsar*, Eo die castra promovit, & millibus passuum sex à Cæsaris castris sub monte consedit.
Ibidem. *Idem, Ab exploratoribus certior factus est Ariouisti copias à nostris millibus passuum quatuor & viginti abesse.*

SPATIVM *loci multò frequentius accusativo effertur, quàm ablativo, Cæsar 1. bell. Gall. Cùm bidui viam processit, nuntiatum est Ariovistum cum suis copijs ad occupandam Vesutionem contendere, triduiq; viam à suis finibus processisse. Cicero 6. in Verr. Neque ab argento digitum discedere.*

ABLATIVUS ABSOLUTUS.

QVibuslibet verbis addi potest ablatívus absolutè positus.

Lib. 7. *Cicero Attico*, Quod autore te velle cœpi adjutore assequar.
Lib. 14. *Idem ad eundem, Scripsi h*[…]
Ad […]

ad te appositam secunda mensa. Idem *de leg. No-* Lib. 2.
bilium vita, victuque mutato, mores mutari civitatum puto. Idem *de Clar. Orat. Ego cautius posthac historiam, te audiente attingam.*

ALIQUANDO *absolutè ponitur participium præteriti temporis sine nomine.* Liv. 1. *bell. Macedon. Inde ad Pluvinum est progressus nondum comperto, quàm regionem hostes petissent.* Tacit. *lib.* 2. *Audito castellum Luppiæ fluminis appositum obsideri, sex legiones eo duxit.* INTERDUM *ablativus & nominativus verbi ejusdem sunt personæ.* Ad Tironem *l.* 16. *Verberavi te cogitationis tacitæ duntaxat convicio quod fasciculus alter ad me jam sine tuis literis perlatus est: non potes effugere hujus culpæ pœnam te patrono.* Seneca *de Vita beata cap.* 20. *Populo spectante fieri credam, quicquid me conscio faciam.* Idem 3. *epist. libr. Acerbum est vici, quantò acerbius, si id faciente patiaris?*

Horat. lib. 1. Ode. 2.

Neu sinas Medos equitare inultos
Te duce Cæsar.

Sedigitus *apud Gellium l.* 15 *c.* 24.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poëtæ comico cui deferant,
Eum, me judice, errorem dissolvam tibi.
Sic Ovidius *non rarò loquitur.*

ABLATIVUS INSTRUMENTI, CAUSÆ, MODI ACTIONIS.

QVævis verba Ablativum admittunt significantem instrumentum.

Terentius Adelph. Hisce oculis egomet vidi. *Cicero in Vatinium, Cùm illud iter Hispaniense pedibus confici soleat. Idem in Verrem. Sex lictores circumsistunt valentissimi, cædunt acerrimè virgis.*

Aut causam propter quam aliquid fit.

Lib. 2. *Idem ad Quintum Fratrem*, vestra culpa hæc acciderunt. *Idem in Bruto, Vereor ne amore*
Lib. 10. c. 37. *videar plura, quàm fuerint in illo, dicere. Terent. Adelph. Dolore ac miseria tabescit. Plin. In Africa magna pars ferarum æstate non bibunt inopia imbrium.*

Aut modum quo aliquid fit.

Cicero pro Milone, Quoniam modo id factum ferret civitas? *Idem de Senect. Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo. Idem pro Flac. Pacem maritimam summa virtute, atque incredibili celeritate confecit.*

Modus actionis præpositionem, Cum interdum desiderat.

Idem

Idem de Offic. Ira procul absit cum qua nihil rectè fieri, nihil considerare potest. *Idem de Orat.* *Cum febri domum redijt, dieq; septimo est lateris dolore consumptus.* Lib. 1. Lib. 3.

QUINTILIANUS *l. 1. c. 4. Existimat instrumenti casum non esse ablativum, sed septimum casum. Quærat, inquit, etiam sitne apud Græcos vis quædam sexti casus, & apud nos quoque septimi: nam cùm dico, hasta percussi, non utor ablativi natura: nec si idem græcè dicam, dativi,* τῷ δόρυ, *Hæc ille.* GRÆCA *& Latina lingua ablativo instrumenti præpositionem non addit.* AD CAUSAM *propter quam, pertinent hæc & similia, Ardere iracundia, dolore, ira, studio, desiderio, amore alicujus rei. Flagrare, inflammari cupiditate, amore.*

Ablativo instrumenti non additur præpositio.

Terentius Adelph.

Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.

Hæc etiam fortassis, Lætor, gaudeo, delector, oblector, tristor, de quibus suprà egimus. MODUM *actionis cognoscemus interrogatione Quomodo, Quomodo tulit injuriam? æquo, iniquo animo. Cicero pro Flac. Pacem maritimam summa virtute, atq; incredibili celeritate confecit; clara, suppressa, submissa voce dicere.*

Modus actionis interrogatione cognoscitur.

ADHIBETUR *etiam præpositio.* CUM *quæ comes dicitur. Cicero pro Cluent. Semper magno cum metu dicere incipio. Idem*

Orat. Cùm videret Oratores cum severitate au diri, poëtas autem cum voluptate, tum dicitu numeros sequutus.

ABLATIVUS EXCESSUS.

CVivis verbo adjungi potest ablativus rei qua excessus significatur.

Lib. 2. *Cic. de Clar. Orat.* P. Scipio omnes sale, facetijs superabat. *Idem de Orat. Lepóre & humanitate omnibus præstitit Socrates. Terentius Phor. Incredibile est, quantò herum anteeo sapientia.* Lib. 1. *Salustius, Quum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus erat.*

ABLATIVUS PRETII.

QVælibet verba Ablativum admittunt, significantem pretium.

Ut Senatus tritici modium tribus denarii æstimavit. Magno has ædes ædificavit. Donatus docet litteras mina in singulos menses. Mina valet centum drachmis Atticis Secalis modius proximo anno ternis sester- Lib: 7. tijs fuit: summum quaternis. *Cic. in Verrem Hæc quæ vel ita redimi rectè possunt, æstimare pecunia non queo. Terentius in Andr. Vix dra-* Lib. 5. *chmis obsonatus est decem. Cicero in Verr. Do-*

cen

ceus oportet aliquo in loco Siciliæ, Prætore Verre, ternis denarijs tritici modium fuisse. Plinius, Viginti talentis vnam orationem Isocrates vendidit. Livius, Multorum sangvine & vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Idem, Magno illi ea cunctatio stetit. Lib. 7. c. 30 Bell. Pun. 3

NON *solùm verba, quæ apertè emptionem, venditionem significant, ut Emo, Coemo, Redimo, Mercor, Vendo, Divendo, Distraho, Venundo, Veneo, Sto, Consto, Valeo, Liceo, Licitor, Addico, Loco, Conduco, Taxo, Æstimo, pro Taxo, Sum pro Valeo: sed etiam quævis alia huc spectant. Varro lib. 3. de re rustic. Piscinæ ædificantur magno.* Verba emptioné, venditionemq; significátia. Ædifico.

Horatius lib. 2. Satyr. 2.

Quæ virtus & quanta bonis sit vivere parvo. Vivo.

Plautus Trucul.

Iam Hercle, jam magno tu vapulas. Vapulo.

Plinius l. 7. c. 37. Aristidis Thebani pictoris unam tabulam, centum talentis rex Attalus licitatus est. ÆSTIMO, *cujus suprà meminimus, cùm parvi, aut magni facere significat, genitivo gaudet, cùm verò æstimationem habere, aut taxare, hujus est loci. Cicero 5. in Verr. Eodem tempore Antonius tribus denarijs æstimavit post messem summa in vilitate. Ibidem, Idq; frumentum Senatus ita æstimasset, quaternis sestertijs tritici modium, binis hordeum.* Licitor. Æstimo.

MAGNO, *permagno, parvo, paululò, minimo,* Æstimo.

pro taxo ablativo pretii jungitur

minimo, plurimo, & si qua præterea sunt, sæp
sine substantivis reperiuntur. Cic. in Verre
Decumas agri Leotini vendidisti, si ex lege
magno: si, ut lex esset tua libido, tunc parvo.
bidem, At permagno decumas ejus agri ven
disti.

Terentius Eunuch.

Quid agas? nisi ut te redimas captum, qu
queas
minimo, si nequas paululo quanti queas.

Cic. 5. in Verr. Excogitare non poterat, que
admodum plurimo venderet. INTERDUM *a*
jungitur substantiva. Mart: l. 6.

Parvo cum pretio diu liceret.

Vili, Caro, non admittunt substantiva.

VILI tamen, & Caro, non videntur substan
va admittere. Plaut. Epid. Quanti jam emi
T. Vili. Quintilianus Declam. 9. Quid me a
monetis supremarum amici mei precum, quib
hac alimenta caro empta inopi patris senectæ p
tita? Si tamen locus mendo caret: Nam Cice
Carè, solet dicere, & Quintilianus eadem D
clamat. Tanti constat patri captivitas mea cù
tam carè redemptus sim. Diomedes lib. 1. D
Adverbio, Caro & vili vocat æstimationis a
verbia. Verbum Valeo ablativum vel acc
sativum amat. *Plin. l. 33. c. 3. Aureus numm*
post annum sexagesimum secundum percussus e
quàm argenteus, ita ut scrupulum valere
sestertijs vicenis. Varr. lib. 4. de lingua Latin

Valeo, jungitur cum ablativo vel accusativo.

Dena

enarij, quod denos æris valebant: quinarij,
od quinos. HUC etiam spectat Sum, pro va- Sum.
o. Cic. 5. in Verr. Verùm enimverò, cùm es-
frumentum sestertijs binis, aut ternis quibusvis
cis provinciæ, duodenos sestertios exegisti. Ibi-
m, Cùm in Sicilia sestertijs binis tritici mo-
us esset (ut illius epistola ad te missa, declarat)
mmum sestertijs ternis Secale, vulgus Centenū
cat. Siligo genus est tritici delicatissimi, ne-
e centenum significat, ut quidam arbitrantur.

EXCEPTIO.

HIS tamen genitivis, exceptis, Tanti
tantidem, quanti, quanticunq; plu-
s, minoris.

c. de Off. Emit homo cupidus tanti, quan- Lib. 3.
voluit. Idem ibidem. Vendo meum non plu-
, quàm cæteri, fortasse etiam minoris. Idem in
rr. Quanti frumentum sit considera, video Lib. 1.
binis sestertijs. Seneca, Tantidem redemi pa-
m, quanti à te redemptus sum. Lib. 5. Cont.
PLINIUS lib. 35. cap. 10. de Pamphilo picto-
. Docuit neminem minoris talento annis de-
m. Sen. ad Martium de consol. Tanti quod-
q; malum est, quanti illud taxavimus. QUI-
M addunt, Tantivis, quantivis, quantili-
, sine veterum testimonijs. Non video
tamen, cur non ita loquamur, si opus
. MAIORIS nusquam arbitror esse.

pro quo classici, Pluris utuntur. QVANTICV-QVE, *& quantiquanti geminatum, idem v-lent. Iuven. Quanticunque domus constet.* C *ad Attic. 12. Sed quantiquanti bene emit quod necesse est. Tantidem, Cic. 5. in Verr Quò quisq; vehere jussus esset, ubi tantidem f-mentum emeret, quanti domi vendidisset.*

APPENDIX.

GEnitivi, Tanti, quanti, quanticun minoris in ablativum transeunt adduntur substantiva.

Liv. 2. bell. Pun. Hic miles magis placuit, c pretio minori redimendi captivos copia ret. TANTIDEM *ablativo caret. Laurent. V Pluri pretio, ausus est dicere, malim dicere, jori pretio, aut Cariùs. Liv. 2. bell. Punici,* C *millia servorum audio armari, non minor merus noster est nec majori pretio redimi po mus, quam hi emuntur Cicero pro Dom.* E *domum penè dimidio cariùs quam æstimat* ADVERBIA *carè, cariùs, carissimè, benè, m ùs, optimè, malè, pejùs, viliùs, vilissimè,* c *verbis emendi, vendendiq; apud bonos auto invenies.*

CONSTRUCTIO VERBI INFINITI.

Ver

VErba infinita eosdem post se casus postulant, quos finita.

[Ci]cero Tironi, Malo te paulò post valentem, [qu]àm statim imbecillum te videre. *Idem ad [Q]uintum Frat. Quod scribis te à Cæsare quoti[di]e plus diligi, immortaliter gaudeo. Idem ad [At]tic. Vellem te in principio audivisse amicis[si]mè me admonentem.* Lib. 16. Lib. 2. Lib. 7.

Præteritum perfectum passivum & [pl]usquamperfectum, ex infinito Esse [ve]l Fuisse, atq; participio præteriti tem[po]ris supplentur, mutatis numeris & [ge]neribus pro re de qua agitur.

[Ci]cero in Antonium. P. Clodium meo consilio [p]erfectum esse dixisti. *Idem pro Cluent. Inju[ri]am ab hujus familia factam esse dixisti.* Philip. 2.

Verbum interdum omittitur.

[Ide]m pro Mil. Negant lucem fas esse ei intue[r]i qui à se hominum occisum fateatur.

VERBA *infiniti modi appellat Quintil. l. 9. [c]. 3. Verba infinita: Gellius l. 1. c. 7. Indefini[ta] Grammatici infinitiva, quod neque personas [ne]que numeros definiant. Diomedes l. 1. Variis [no]minibus ait appellatum esse infinitivum mo[du]m, Impersonativum, Insignificativũ, Perpetuũ. [S]ed hæc & similia sine ulla jactura omitti pos[sun]t.* PRÆSENS, *& imperfectum tempus*

Varia infinitivi modi appellatio.

tam

tam activum, quam passivum una voce exp
tur, ut Amare, Amari. Perfectum & plusqu
perfectum activum, una etiam voce contin
ut amavisse: passivum ex participio præt
temporis, & infinito, esse vel fuisse, supplicet

FUTURUM INFINITU ACTIVUM.

FORE, futurum infinitum, tantùm usu est, jungiturque cum omnibus neribus, & utroque numero.

Lib. 1. *Cic. ad Lent.* Vehementer confidit his lit
Ibidem. se apud gratiosum fore. *Idem ad eunde*
Lib. 8. *Spero nobis hanc conjunctionem voluptati fo*
Lib. 7. *Idem Att. Nihil arbitror fore, quod reprehen*
Idem ad eundem, Dionysio dum existimabam
gos nos fore, nolui molestus esse.

CÆtera quibus prisci usi sunt, jam oliverunt, pro quibus infinito, & participio in Rus, utimur.

Lib. 6. *Cicero Attico.* Illum cum futurum esse p
Lib. 1. qui esse debet. *Idem ad Orat. Verè mihi*
Philip 1. *videor esse dicturus. Idem in M. Anton. Id*
Lib. 1. *facturum esse asseveravit. Idem in Verr.*
molestè fero, me laboris mei, vos virtutis ve
fructum esse laturos.

Infinitum Esse, frequēter desiderat

ero *Attic.* Ego bellum fœdissimum futu- Lib. 8.
ı puto. *Idem ad Terentiam, Celerius opi-* Lib. 14.
ie venturus dicitur. Idem ad Attic. Vix spe- Lib. 9.
unt mihi veniam daturum. Idem ad Appi- Lib. 3.
Scribit meas literas maximum apud te pon- habituras.

*F*VIT *priscis temporibus futurum infiniti mo-*
dum, syllaba finitum, quod omnibus generi- Priscum futurum in Rum.
& utriq; numero, non secus ac, Fore, accom-
abatur. C. Gracchus, Credo ego inimicos me-
oc dicturum. Valerius Antias, Aruspices di-
unt omnia ex sententia processurum. Labe-
, Non putavi hoc eam facturum. Vides ut
ibus generibus & utriq; numero verba hæc
ibuantur. SIC *Cic. 5. Verr. Hanc sibi rem*
nt præsidio futurum: quem locum quidam
imantes esse corruptum, futuram, affirma-
legendum esse: cùm, futurum, non parti-
um, sed verbum sit indefinitum, neq; nume-
eq; generibus præserviens, sed liberum un-
& impromiscuum, quod sine ulla vitij suspi-
omnibus numeris generibus sine discrimi-
ttribuitur, ut Gell. lib. 1. c. 7. docet: unde
umus mutuati. FVIT *& aliud futurum*
is usitatum, SSERE *syllabis terminatum.*

Plautus Stich.

bonum animum: nam illud confido domum
s diebus me reconciliassere.

Idem

Idem Amphit.

Eos legat Telebois, jubet sententiam ut dicant s
Si sine vi, & sine bello velint rapta, & raptores
Si quæ asportassent, redderent: se exercitum
templo domum
Reducturum: abituros Argos Argines; pa
atq; otium
Dare illis: sin aliter sint animati, neque
quæ petat,
Sese igitur summa vi, virisq; eorum oppidum
pugnassere.

Idem Milit.

-- Hercle credo te facile impetrassere.

Formatio futuri in SSERE.

Futurum hoc, à futuro Conjunctivi modi re-
ciliasso, expugnasso, impetrasso fit: siquidem
ci Latini etiam amasso, irritasso, judicasso,
asso, pro amavero, irritavero &c. dicebant.

Plautus Amphit.

Si me irritassis hodie, lumbifragium hinc aufe

Epid.

Adolescens si isthunc hominem, quem quær
Tibi commonstrasso ecquam abs te inibo gratia

Fore futurū jungitur cū participiis in Rus.

ITAQUE Fore, nunc tantum usitatum est, q
non raro etiam cum Participiis in Rus, jungi
Cic. Att. l. 5. Deinde addis, te ad me fore v
turum. Livius in extremo l. 6. ab Urb. Ita ab
tina ira, tandem in concordiam redactis ord
bus: cùm dignam eam rem Senatus censeret
meri

ritoq; id, si quando unquam aliàs, deorum mortalium causa libenter facturos fore, ut i maximi fierent, & dies unus ad triduum iceretur. Porcius Latro in Decla. in Catil. cujus eloquentia Plinius l. 20. c. 14. & Quinanus l. 1. c. 5. meminit, sæpe sic loquitur, lua namque, ait, nescio quam, de domo Corne- quondam prodituram fore, quæ gloria nomisui Romanum imperium & complexura sit, & stratura. Ibidem, Putate matronas urbis ac ros nostros observatam pudicitiam supplices ac gratulantes universos ad genua vestra obvaturos fore. Illud Livij l. 8. bell. Pun. Et urum se per populum apertè ferret, si Senatus versaretur: quidam vitiosè citat, Et acturũ er populum apertè forè, &c. CREDO, Fore, am cum participijs præteriti, & futuri temis in Dus posse jungi. Cicero Bruto l. 11. De quis rebus à te jam expectare litteras debe-, quid ipse agas, Quid noster Hircius, quid ār meus: quos spero brevi tempore societate toriæ copulatos fore. Idem Lentulo libro 1. ec id speramus; idq; molimur, ut cum Rex lligat, & cæt. nisi per te sit restitutus. rtum se, atque abjectum fore, profitur ad te. Porcius Latro, Credite item universam flagitiosæ iuventutis, aut hodi- Catilinæ supplicio simul conficiendam fore &c. DICERET fortasse Laurentius

tius

rentius hæc potius nomina esse, quàm participia
Nescio cur Laurentio tantopere displicuerit, cùm
futura cum futuris passim jungantur. Cic. 1. de
Invent. Altera est, in qua rerum earum, de qui
bus erimus dicturi, breviter expositio ponitur di
stributa. Idem pro Font. Ita verò si illi bellum
facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inf
ris C. Marcus &c. Et præterita futuris miscentur
cùm dicturum fuisse, auditurum fuisse, & alia hu
jus generis dicimus.

FUTURUM INFINITUM PASSIVUM.

FVturum passivum ex infinito, Iri, &
voce simili supino in V M, consta
ut amatum iri, doctum iri, violatum ir
occisum iri, omnibúsque generibus a
que utrique numero attribuitur.
Lib. 2. *Cicero ad Attic.* Pompeius affirmat non e
periculum, adjurat, addit etiam se prius c
Lib. 15. cisum iri ab eo, quàm me violatum iri. *Id*
Lib. 1. *ad eundem, Brutum ut scribis, visum iri à m*
puto. Idem de Divinat. Vaticinatus est ma
factum iri minus triginta diebus Græciam s
Lib. 2. cap. *guine. Terent. in prolog. Hecyr. --interea*
mor venit datum iri gladiatores. Quint. R
parricidij damnatum iri videbitur. Plaut.
Rudente. Mihi isthæc videtur præda prædat
tiier.

Etsi datum ire, perditum ire, interfectum ire, servatum ire, & alia ejusdem generis nihil aliud quàm dare, perdere, interficere, servare; significant, atque præsentis sunt temporis: tamen datum iri, perditum iri, interfectum iri, & quæ sunt generis ejusdem, futurum tempus adsignificant, ut allata exempla atque alia multa docent. Cicer ad Attic. l. 9. Quem tu locum Græciæ non direptum iri putas? Ad eundem l. 10. Quod scribis te ipsum putare me attractum iri, &c. Idem ad eundem lib. 7. Dederam equidem L. Sanfeio litteras &c. Sed ut Philosophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. Discrimen inter datũ ire, & datum iri.

Sunt qui putent hoc loquendi genere etiam tempus præsens adsignificari: fieri quidem potest, sed testimonia quibus id docent partim depravata sunt, partim nobiscum faciunt. Videamus Plin. 2. Epist. Quæ absolutiora mihi videbantur non fuit alienum judicio tuo traditum iri. Apud Plin lib 2. Epist. ad Lupertum, sic legitur. Interim quæ absolutiora mihi videbantur, non fuit alienum judicio tuo tradi. Cic. 2. Invent. Si illud concedatur, illud non concessum iri oportet. Oportet nusquam est apud Ciceronem, Locus est non longè à principio. Lactant. l. 1. Et Erythiæam se nominatum iri prælocuta est: apertissimè futurum est. Sic Cicero 1. de Divinat. Vaticinatus est madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine. Datum iri futurum tẽpus adsignificat.

O Itidem

Eidem illud Plauti Rudent. act. 4. scen. ultim.

Mihi istæc videtur præda prædatum irier.

Prædatum iri, futurum procul dubio est: time-bat enim vehementer Gripus, qui hæc loquitur, ne herus vir bonus & justus vidulum, quem cum multo auro & argento reti traxerat, restitueret Lenoni, qui naufragium fecerat, atq; ita rata præda spoliaretur. Nunc ponamus aliquot exempla, quibus planum fiat Amatum ire, datum ire & alia hujus generis, præsens adsignificare, quæ Diomedes, Donatus, cæteriq; veteres Grammatici docent, futuri infiniti esse circuitiones.

Plaut: Pœn.

Siccine oportet ire amicos homini amanti operam daturum?

Idem Cistil.

Qui magis potueris mihi honorem rei habitum? Nescio. Idem Bacch.

-- ut istud delictum desistas tantopere ire oppugnatum.

Livius lib. 9. belli Maced. Vitricus ergo, inquit, tuus pudicitiam, famam, spem, vitamq; tuam perditum ire hoc facto properat? Gellius lib. 14. c. 6. Homo nobis familiaris, aditum, inquit, ornatumq; volo ire noctes tuas. Quid quæso aliud, Ire datum operam, Ire habitum honorem, Ire oppugnatum, Perditum ire, Ornatum ire, quam operam dare, Habere honorem, Oppugnare, Perdere, Ornare significat?

Illud

Illud Plautus Milit:

-hercle credo te facilè impetratum ire: quo quidam conantur docere, hæc futurum tempus adsignificare, longè aliter legitur, ut paulò antè diximus. --herclè credo te facilè impetrassere, quod futurum infinitum est priscum, pro impetraturum esse. INFINITA passiva visum iri, occisum iri & alia id genus à verbis activis, accusativum habent ante se more aliorum verborum infiniti modi: neque enim à supino in VM regitur, ut quidam volunt, post se vero ablativum habent, etiam singularis numeri, ut allata exempla docent. Si fiant à verbis neutris etiam post se ablativum exigent, ut Credo à militibus Cæsaris fortissimè pugnatum iri. Arbitror à nemine tibi nocitum iri. Cæsar 5 bell. Gall: nocitum iri dixit: Ipse appellatus respondit si velit secum colloqui, licere: sperare à multitudine impetrari posse, quod ad militum salutem pertineret, ipsi verò nihil nocitum iri. Si quis roget an hæc etiam ante se accusandi causum habeant; ex iis quæ suprà de verbis impersonalibus diximus, facilè intelliget. Cur enim non subaudiatur pugnam & noxam? ut dicimus pugnare pugnam, nocere noxam? VOX quæ supino in VM similis est, tam verba activæ, quàm passivæ declinationis comitatur. Livius lib. bell. Maced. Ne pertinacia sua gentem universam perditum iret.

Infinita passiva quos ante se & post se casus habeant.

Terentius Andr:

-- Cur te is perditum?

Idem Heaut:

-- in mea vita tu tibi laudem is quæsitum scelus?

M. Cato apud Gellium l. 10. c. 14. Atq; evenit ita Quirites, ut in hac contumelia, quæ mihi factum itur, Rei quoque publicæ medius fidius miserear. Vides ut Cato dixerit, Contumelia factum itur? quem locum sic idem Gellius explicat, Contumeliam factum iri significat, iri ad contumeliam faciendam, id est Operam dari quò fiat contumelia. Hæc ille. HOC *tamen genus loquendi jam exolevit; quod ad finita verba attinet, quod modus infinitus suo iure retinuit. Illud pene mihi exciderat, Ire, l, cum habere etiam cùm verba sunt deponentia. Curtius l. 10. Postero die indignares Macedonibus videbatur, Perdicam ad mortis periculum adductum, & Meleagri temeritatem armis ultum ire decreverant.*

CIRCVITIONEM *illam, quæ ex participio in Dus & infinito Esse constat, prætermisimus, propterea quod parum sic usitata veteribus: non quod negem esse participium in Dus, futuri temporis; cùm id Quintilianus, omnesq; veteres Grammatici doceant: sed quia hæc loquendi ratio officium necessitatemq; potius quam futurum tempus adsignificare videatur.*

Virgilius l. 3. Æneid.

-- socij

--socijs tunc arma capessant
Edico, & dira bellum tum gente gerendum.

significat Æneas necessario gerendum esse bellum cum Harpytis. Quintilianus lib. nono in hunc locum sic inquit, illud planè figura est, qua diverso sermonis forma conjungitur. Quamvis enim pars, Bellum, posterior participio insistat. utrique tamen convenit illud, Edico. Cicero Catoni l. 15. Admonendum potius te à me, quàm rogandum puto. DIC, Admonitum iri potius te à me quam rogatum iri puto, num idem hæc valent? non puto. Illud enim officium, debitumque, adsignificat: hoc potius futurum tempus. Illud sic exponi potest, Admoneri puto potius te à me, quàm rogari oportere. Sic idem Lentulo l. 1. Quæ autem posita sunt in conjectura quæque mihi videntur fore, ea puto tibi à me scribi oportere: fac sic, Ea puto tibi à me scribenda esse, idem prorsus dixeris.

QUID ergo? deceptus est Fabius, erravit tantus vir? Minimè verò. Ut enim plurima verba futuri temporis debitum, officium, necessitatemque adsignificant, ita participia ferè in Dus, quæ nihilominus participia sunt, ut illa verba futura. Quid? cùm Venus Ænean 2. Æneid. alloquitur. NOTA.

Non prius aspicies, ubi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet conjunx ne Creusa
Ascaniusque puer?

Num, aspicies, futurum tempus adsignificat?

nonne potius officium atq; adeo pietatem? An cùm M. Tullius 2. Philip. dixit, Defendi remp. adolescens. non deseram senex, an Deseram, tempus adsignificat? Ibidem, Etenim si abhinc annos propè viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse Consulari: quanto verius nunc negabo seni? Sed hæc hactenus, nam in Rudimentis cùm de participijs agimus, multa de eadem re dicta sunt.

RATIO SVPPLENDI FVturum infinitum, maximè cùm verba supinis carent.

FOre ut, Futurum ut, verbis spero, puto, affirmo, suspicor, & his similibus juncta, eleganter futurum infinitum tam agendi, quam patiendi modi supplent.

Lib: 16. *Cic. 1. Tusc.* Spero fore, ut contingat id nobis.
Lib 1. *Idem ad Att. Nunquam putavi fore, ut ad te supplex venirem.* Procem. 2. controvers. *Idem Lentulo. Valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas.* Lib 2 Controvers. *Senec. Scio futurum ut auditis ejus sententijs, cupiatis multa audire. Idem, nunquam putavi futurum ut pater meus liberos odisset.*

Hac circuitione subvenitur verbis quæ supinis carent.

Vt Puto fore, ut brevi his incommodis medea-

re. Af-

re. Affirmo fore, ut paucis diebus orationem pro Marcello ediscas. Suspicor fore, ut juri civili potius, quàm Philosophiæ studeas. Polliceor fore, ut non multo post intimis sensibus angaris, quando saluberrima parentis consilia negligis.

CIRCVITIO EX PRÆTERITO ET FUTURO MISTA.

Circuitio illa ex præterito & futuro mista, non minimum orationi affert ornamentum.

Cic. ad Marcel. Eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quàm incertis in rebus fuisset? *Idem de Divin. An tu censes ullam anum tam delirum futuram fuisse, ut somnijs crederet, nisi ista casu nonnunquam incurrerent? Idem in M. Anton. Dixit, aliam sententiam se dicturum fuisse, eamq; se ac Rep. dignam nisi propinquitate impediretur.* Lib. 4. Lib. 2.

Quid si verba supinis destituantur? licebitne sic loqui. Puto futurum fuisse, ut disceres, ni cessator ac negligens fuisses? Nondum quod meminerim apud veteres hoc loquendi genus inveni. Puto fore, ut usitatissimum est, ut paulò ante ostendimus. Puto futurum fuisse, ut disceres, refelleres, reposceres, scriberes, legeres & alia id genus pro scripturam fuisse lecturum Circuitione ex præterito & futuro mista, non subvenitur verbis destitutis supino

fuisse, tum dicam cùm apud bonos autores lege ro. Itaq; doctiorum esto judicium. ITALIA *præte rea circuitio ex præterito, & participio in Dus, a huc spectet, iidem judicabunt. Credo Rempub. a Catilina funditus evertendam fuisse, nisi M Tul. eius nefarios conatus compressisset. Qui vo ces in syllabas Dus, & Dum exeuntes, necessita tem officiumq; potius, quàm futurum tempus ad significare docent, non facilè id concedent: quo rum sententiæ liber accedimus interim, dum veterum exempla non succurrunt. Quare dicam potius, Credo Catilinam Rempub. funditus fuiss eversurum, nisi M. Tullius, &c.*

INFINITA CVM QVIBVS VERBIS COPVLENTVR.

Verbis Cœpi, soleo, debeo, cupio, adduntur infinita, multisq; aliis, maximè iis, quibus voluntas explicari solet.

Lib. 16. *Cic. pro Rosc. Com.* Qui mentire solet, pejerare consuevit. *Idem Tironi, Omnes cupimus, ego inprimis, quàm primùm te videre.*

Verba quibus infinita adduntur. MVLTA *sunt verba, quibus infinita adduntu Cesso, desino, pergo, incipio gaudeo, lætor, suade aggredior, opto, desidero, volo, malo, paro, cog affirmo, nego, instituo, censeo, statuo, decerno, oste do, judico, audeo, timeo, jubeo, disco, cum synom mis, ut amat pro Solet. Item Possum, videor, quæ sunt*

[..]nt de eodem genere. Præterea quæ Proæretica [..] vocant, id est, quæ ad voluntatem explicandam pertinent, de quibus jam egimus. Ab his [pr]æcipuè tradunt grammatici, verba infinita [..]finiri ac determinari, nam cùm infinitum verbum (ut vox ipsa declarat) incerti sit numeri & [pe]rsonæ, beneficio verborum, quibus adjungitur [n]umerum personamq; certam habet; Exempli [gr]atia, Videre, verbum est infinitum, neque enim scire potes, sit ne singularis an pluralis numeri, primæ, secundæ, tertiæ personæ: Adde ei [ve]rbum, Cupio, sic, Cupio videre te beatum, subitò ex infinito & incerto, factum est finitum certumq;, munere atq; beneficio verbi Cupiendi, est [en]im primæ personæ singularis numeri, quemadmodum, Cupio, cui adhæret SOLET, incipit, [h]abet, cœpit, desinit, potest, cùm infinitis verborum impersonalium adjungitur, nominativum [pos]tulant. Cic. l. de Finib. Qua præceptrice in tranquillitate vivi potest, omnium cupiditatum ardore restincto. Idem Attic. l. 10. Hic maneri diutiùs non potest. FVTVRVM infiniti, maximè verbis gaudet, auguror, confido, credo, existimo, puto, audio, video, ominor, suspicor, opinor, [af]firmo, polliceor, promitto, itemq; cæteris ejusdem generis. Cicero Attic. l. 8. Sin erit bellum video fore, meæ partes non desiderabuntur. Idem pro Milone, In his singulis ita semper [æ]stimabitis, vivo, P. Clodio, nihil horum vos

Verba infinita determinatur ab ijs, quibus adduntur.

visuros fuisse. Quidam legunt. Visuros fore. INFINITA *nonnunquam cum verbis motus, nominibusq; substantivis, more Græcorum, conjunguntur.* Virgilius 1. Æneid

Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.

Terent: Hecy:

Voltis ne eamus visere?

Ibidem.

Nostra illico it visere.

Cic in Top. Sed jam tempus est ad id, quod instituimus accedere. Cæs 7. bell Gall. Consilium cœpit omnem à se equitatum noctu dimittere. Adduntur & nominibus adjectivis maximè apud poetas, unde sunt illa, Paratus respondere, cantare, certare. *Certus ire, succurrere, mori, Doctus cantare, vincere, Peritus certare, Audax perpeti, Timidus mori, & cætera id genus.* PARATVS, *dignus, etiam ab oratoribus cum infinito copulantur. Cic pro Quinct. Et si qua in v id quod parati sunt facere, falsum crimen quasi venenatum telum aliquod jecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Idem Catoni l 15. Mitto quòd invidiam, quòd pericula &c. si per me licuisset, subire paratissimus fueris. Idem in Salust. Res familiaris, quæ mihi multò minor est, quàm habere dignus sum.*

ADIECTIVIS *neutris eleganter adhæret infinita, ut Æquum, laudabile, piumq; est miseris opem ferre. Cicero ad Atticum lib. octavo,*

patria, & in patria mori præclarum est.

APPENDIX.

AMphibolia, accusativi geminatione facta, solvitur ablativo, ut Milonem audivi occidisse Clodium, ambigua est oratio, dubium enim est, uter ab altero fuerit occisus.

Multa alterum accusativum in ablativum sic, A Milone audivi occisum esse Clodium: sublata est omnis dubitatio.

QUINTILIANUS *libro 7. cap. 10. Accusativi geminatione facta Amphibola, solvitur ablativo illud, Lachetem audivi percussisse Demeam: A Lachete percussum Demeam.*

GERUNDIA.

GErundia, quæ passionem non significant, casus suorum verborum admittunt, ut tempus obliviscendi injuriarum, ignoscendi inimicis, coercendi cupiditates, abstinendi maledicendi.

QUIDAM *veterum Grammaticorum (ut refert Diomedes libro 1.) sextum modum addiderunt.*

*runt, quem participialem appellarunt, is comp-
ctebatur, quæ modò gerundia & supina dixim-
Eos Diomedes, quod attinet ad rationem in-
ctendi verba, sequutus est: inquit enim. Mo-
participiali amandi, amando, amandum, am-
tum amatu. Deinde subjicit, sed apud quosd-
gerundia sunt, quæ Probus Supina appellat. Pa-
lò post, Gerundia inquit, vel participialia, le-
gendi, legendo, legendum, lectum, lectu. Eod-
etiam libro. Supina, Tollendi, tollendo, tollendu-
sublatum, sublatu. Itaq; non separat gerundi-
supinis, ut hodie fit, sed gerundia simul & supi-
nunc modum participialem, nunc participial-
nunc gerundia, nunc supina appellat.*

II. *Servius in illud Virgilij libro 12.*

-- exuperat magis, ægrescitq; medendo,

Medendo vocat modum gerundij.

Idem in illud ejusdem libro 10.

*Cui Juno illachrymans, quid si, quod voce g-
varis,
Mente dares?*

*Modum gerundij gemino I, appellat, non uni-
ut quidam solent scribere: est enim genitivu-
nomine Gerundium, non participiale à ve-
gerundi. Nam idem Servius in Donatum, m-
dum gerundium appellat, ubi veteres sequitu-
atq; hæc participialia modum verborum voc-*

III. *Priscianus quamvis eadem modò participial-
modò gerundia, modò supina appellet, ne-*

ram-

en libro 8. esse modum verborum, propterea
d personas minimè discernant, & temporibus
eant sine quibus verbum esse non possit & ca-
ssumant, & præpositionibus separatis adjun-
tur. Vnde librò sexto exertitationum, nomi-
participialia appellat. Phocas participialia IIII.
at, & gerundina, ubi suspicor legendum esse,
undia. Donatus (si tamen exempla conju- V.
ionum, quæ circumferuntur, ejus sunt) Ge-
dia, seu participialia vocat, quæ hodie ge-
dia vocamus; cætera supina more recepto.
veteres Grammatici de gerundijs & supi-

EGO, dicam enim quod sentio, suspicor
undia & Supina verba esse infiniti modi, ni-
enim aliud, verbi causâ, Dicendi, dicendo,
endum, dictum, dictu, quam dicere, vel di-
gnificant.

Gerundia & supina verba sunt infiniti modi.

ARIVS tamen harum vocum est usus, quæ
ietas & ubertas solis Romanis contigit: Nam
æi, Arabes, Græci, cæteræq; nationes, solo
oq; infinito fuerunt contentæ, quod si quan-
llam Romanorum copiam imitari gestiunt,
rticulos, præpositionesq; confugiunt, quarum
ficiô suæ inopiæ medentur, præfigentes nimi-
. vel articulos, vel præpositiones, vel utraq;
l ipsis infinitis. Romani; ut hanc jejunita-
fugerent (neq; enim ferre poterant tam cre-
n infiniti usum, vel potius fastidium) exem-
ausæ, Tempus est causam dicere, Philoso-
necessaria est ad bene dicere, Consump-

Cur Gerundia sint inventa.

fisti tres horas in dicere causam, Hæc causa d
cilis est dici: ut hanc, inquam jejunitatem fu
rent, participialia excogitaverunt, quibus
niti loco uterentur sic: Tempus est causam dic
di, Philosophia necessaria est ad bene dicend
Comsumpsisti tres horas in dicendo, Hæc cau
difficilis est ad dicendum, difficilis est cogn
NONNVNQVAM *more extremarum gentium*
nito utuntur. Liv. lib. 10. Decad. 3 Tempus
aut pacem componi, aut bellum noviter geri.

Statius Sylv: 4.

Forsitan Ausonias ibis frænare cohortes:

Gerundia verba esse probatur.

Excogitarunt itaq; Romani participialia v
ba, ad leniendam molliendamq; orationem.
nomina non ideo censenda sunt, quòd aliqua
præpositiones admitant, quemadmodum neq;
bræorum Græcorum infinita verba. Certè Qui
lian. l. 1. c. 4 de verbis agens, ea inter verba
1. *merat.* QVÆDAM, *inquit, simile quiddam*
tiuntur vocabulis, in adverbium transeuntib
nam ut noctu & diu ita & dictu & factu: sun
2. *nim hæc quoq; verba participialia quidem*
tamen qualia dicto factoq;. Hæc ille. Quo
Quintilianus supina in V, quæ adverbij spec
præ se ferunt, neq; casus verborum postulent,
gerundia, verba appellat: existimabimus, e
gerundia fuisse nominibus annumeratu
cùm casus suorum verborum postulent,
more participiorum declinentur? Nam

mae

andi, amando, amandum, amatum, amatu, e-
tus verborum sunt, non casus.

VNDE ultima more verborum anceps est: quo rgumento veteres, in quibus Servius est, do-nt verba esse non nomina. II.

ETSI quis rem iligentius expendat, intelliget hæc, ut ipsum erbum infinitum, numeros & personas latentes abere, quæ aliunde definiuntur, ut sum peritus avigandi, singularis est numeri, & primæ per-næ: Sumus periti navigandi, pluralis est nu-eri primæq; personæ. Vnde sunt illæ locutio-s. Veni causa adhortandi vestri, venerunt cau-purgandi sui: ubi hæc pluralis numeri sunt, de ibus suo loco: Sum defessus docendo te, docen-vos, sunt hæc verba infinita, quorum numerus persona definitur à verbis vel à nominibus præ-dentibus. III.

VARRO gerundia, verba solet appellare lib. le Analog. Quæ vocabula, inquit, dicuntur. verbis fiunt, ut à scribendo scriptor, à legendo tor, ab amando amator, à salutando salutator, antando cantator, & cùm dicatur, Lassus sum endo, metendo, ex his vocabula non reddunt portionem, quod non sit, ut Messor, fertor. IIII.

rlo pòst docet, à verbis fieri vocabula dissimi-superiorum, quæ participia dicuntur, quod si-l habeant casus & tempora, ubi de gerundijs lam fecit mentionem, facturus procul dubio, si existimasset esse vocabula, & non verba. Quot

nd etymo

ad etymon attinet, participialia dicuntur &
dusq; participialis, quod participij vocis pa
væ, præteriti futuriq; temporis similia sunt, c
in casus inclinantur, Amandi, amando, ama
dum, amatum. Vide Diomedem libro prim
SVPINA *verò quòd (ut Prisciano placet) n*
cantur à participijs passivis, quæ supina appe
ta sunt: qui verò participia passiva, supina
pellarunt, videntur situs rationem habuisse, n
ea infimo loco sita, totum conjugationis ordine
molemq; sibi incumbentem veluti suspiciun
Mallem dixisset Priscianus, ita fuisse appella
quod participijs similia essent, quæ supina f
sent à quibusdam dicta: non enim omnia par
cipialia à participijs passivis nasci possunt, c
sint quàm plurima, quæ à verbis neutris fiunt,
Currendi, currendo, currendum, cursum. Qu
quam ipse Priscianus l. 2. Exercitationum, hu
nodum solvit. In neutris, inquit, quamvis n
sint participia præteriti, ad similitudinem tam
habentium proferimus. Probus ait, Supina p
pterea dicta, quod nec certum habeant num
rum, nec personam, nec significationem: N
& ad quamvis personam referuntur, & utriu
numeri sunt, & tam agentis, quàm patienti
gnificationem habent. Itaque quemadmodum
pinos homines vocamus negligentes, ac disso
tos nihil pensi, nihil certi habentes (ita hæc par
tipialia supina dicta sunt, quòd omnia permist
confus

confusaq; habent, Gerundia cur sint dicta, nondum apud veteres, quod meminerim, legi.

GERVNDIA IN DI.

GErundiis in Di, adduntur substantiva, Tempus, causa, studium, finis, & cætera ejusdem generis.

Cicero de Senect. Equidem efferor studio, patres vestros, quos colui & dilexi, videndi, *Idem Attico, Sit jam aut finis omnino deplorandi, aut moderatio.* Lib. 10.

ITem nonnulla adjectiva ut peritus, imperitus, cupidus, insuetus navigandi, guarus dicendi.

Cic. de Orat. Sum cupidus te audiendi. Lib. 2.

Substantiva quæ gerundijs adduntur.

PARTICIPIALIA *verba nullum ante se casum postulant, sed certis nominibus substantivis adjunguntur, cujusmodi sunt, Ratio, facultas, ars, disciplina, doctrina, copia, ubertas, usus, finis, occasio, gratia. Cic. 3. de Orat. Dicendi facultatem veteres Græci sapientiam nominabant Adjectiva pauciora sunt. Cicero lib. 1. de Orat. Nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus, in gestu dicendo, histrionum more elaborare. Idem idem lib 3 Neq; est ex multis res una, quæ magis oratorem ab imperito dicendi, ab ignaroq; distingvat. Idem 3. Offc. Hoc quidem sanè luculenter, ut ab homine perito defi-*

niendi. Idem de Opt. Gen. Inscij faciendi. Cæs. lib. 5. bell. Gall. Partim quod insuetus navigandi mare timeret. Cicer. 1. de Orat. Vir regendæ Reipub. scientissimus FIERI potest, ut priscis temporibus Gerundia casum aliquem ante se habuerint, multa enim usurparunt prisci Latini, quæ posteris inaudita fuerunt: Locus tamen Livij lib. 9. dec. 3. qui à quodam affertur, depravatus est, Tum plures cæsi, quia equos conscendendi ab equitib. spatium non fuerat: quo testimonio probat gerundium, Conscendendi, antè accusandi casum habere. Germana ac vera lectio sic habet: Tum plures cæsi, quia equos conscendendi equitibus spatium non fuerat. Si quando hic Autor aliquid novi attulerit, evolvendi sunt diligentissimè libri, ne fortè decipiaris.

In illo Virgil. 2. Æneid.

Fando aliquid, si fortè tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis.

Aliquid, non nominandi sed accusandi est casus ut in illo ejusdem, eodem libro:

-- quis talia fando,
Myrmidonum Dolopùmve, aut duri miles Vlissei
Temperet à lacrymis?

ILLVD *Livij lib. 7. ab Vrbe, Ibi in concilijs Numisius Imperator eorum, affirmando communem verè Martem belli utramque aciem pari cæde prostravisse, victoriæque nomen tantum penes Romanos esse, & c*

longa

longa enim est periodus: Itaq; si videatur eis, se, ex Latinis & ex Volscis populis juventute prope excita, rediturum infesto exercitu Capuam esse: Romanosq; nihilotum minus, quam prælium expectantes, nec opinatò percussurum. Numisius imperator, pendet ex verbo subaudito, Dixit, Pollicitus est, vel simili Nonne latinè dicemus Cæsar Imperator, affirmando Pompejum maximam cladem accepisse, tres legiones amisisse, à veteranis desertum esse, hortatus suos milites est, ne tantæ victoriæ oblatam occasionem amitterent.

APPENDIX.

Gerundia in Di, interdum genitivum multitudinis pro accusativo admittunt.

Cic. de Divinat. Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. *Plautus Capt. Nominandi tibi, istorum erit magis, quàm edundi copia.* Lib. 2.

CÆSAR *crebrò hoc genere loquendi utitur, cùm pronomen Sui, pluralis numeri adhibetur. lib. 4 bell. Gall. Frequentes omnibus principibus, majoribusq; natu adhibitis, ad eum in castra venerunt, simul ut dicebatur, sui purgandi causa, quòd contra, ac esset dictum, & ipsi petissent, prælium pridie commisissent.*

Livius libro 1 bell. Pun. Non enim

vereor, ne quis hoc me vestri adhortandi causa magnificè loqui existimet, ipsum aliter animo affectum esse. Sueton. in Aug. c. 98. Iisdem etiam epulum in conspectu suo præbuit, permissa, imò exacta jocandi licentia, diripiendiq; pomorum.

Terentius in prolog. Heaut.

Facite æqui sitis: dare crescendi copiam,
Novarum qui spectandi faciunt copiam,
Sine vitijs.

Hoc est, dare copiam crescendi, id est, majorem famam gloriamq; comparandi ijs, qui faciunt copiam videndi novarum, pro novas comœdias. Novarum non jungitur cum participiali verbi Crescendi, cùm sit absolutum, sed cùm spectandi. Accipitur enim hic crescere, ut apud Ciceronem pro Sex. Rosc. Nam si mihi liberet accusare, possem crescere: hoc est, possem illustrior NOTA. *fieri, majoremq; gloriam comparare.* IN HIS *& similibus locutionibus gerundium est pluralis numeri passivæq; significationis, neque enim variatur, quod proprium est verbi infiniti, generaq; omnia recipit ut infinitum.* FORE, *ut amatum iri, deniq;, ut illa prisca in Rum, de quibus suprà egimus, recipit masculinum; vestri adhortandi: neutrum, diripiendi pomorum: fœmininum, spectandi novarum.* QVOD *verò dixi, genitivum accusativo poni, more cæterorum locutus sum.*

IN DUM.

Gerun-

GErundiis in Dum, præponuntur præpositiones Ad, ob, inter.

Cicero 5. Tuscul. Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. *Idem in Verrem, Quantò illud flagitiosius, improbius, indignius, eum, à quo pecuniam ob absolvendum acceperis condemnare? Livius, Ipse inter spoliandum corpus hostis, veruto percussus, inter primam curationem expiravit.* Lib. 4. Ab Vrbe 2.

Præponitur & Ante, sed rarius.

Virgil. --namque ante domandum. Georg. 3.
Ingentes tollunt animos.

PRÆPOSITIO *Ad cum gerundio in Dum, frequenter sequitur verba motus. Livius 2. ab Vrbe; Mittunt ad castra oppugnanda. Cicero 3. de Orat. Nunc contra plerique ad honores adipiscendos, & ad Rempub. gerendam nudi veniunt, atque inermes.* ITEM *adjectiva, Facilis, difficilis, paratus, promptus, expeditus, idoneus, aptus, segnis, vehemens, & similia. Idem lib. 1. de Fin. Neque me segniorem ad respondendum reddidisti. Idem pro lege Man. Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus.*

Ad, cum gerundiis In Dum, sequitur verba motus, & quædam adjectiva.

GERVNDIA *in Do, & Dum, quibus præpositio adjuncta est, quamvis rarò sequatur casus, nonnulla tamen subijciemus exempla. Cicero ad Sestium l. 5. Ego & memoria nostræ veteris amicitiæ, & virtute atque observantia filij tui monitus*

Gerundia in Do, Dum cum præpositione rarò sequitur casus.

nullo loco deero, neq; ad consolandum, neq; ad levandum fortunam tuam. Livius libro 6. ab Vrb. Legati ad ea, quæ consilij fuerunt, adeo æqua postulatis, ut ultro vobis deferenda fuerint: libertati enim præsidia petitis, non licentiæ ad impugnandos alios. Varro de re rust. lib 3 cap. 9. In supponendo ova, observant, ut numero sint imparia. Plin. lib. 7. c. 40. Una mortalitas & ad circumscribendum se ipsam ingeniosa. Cicero 3. Tusculan. Ab invidendo autem rectè invidentia dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ: quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunam alterius Gellius lib. 18 cap. 15. M. Varro in libris Disciplinarum scripsit, Observasse se in versu hexametro, quod omni modo quintus semipes verbum finiret, & quod priores quinque semipedes æquè magnam vim haberent in efficiendo versum, atque alij posteriores septem. Sunt & alia loca, quæ ex libris correctis intellexi depravata esse. Livius lib. 10. de bell. Pun. Eadem hæc Siphaci animum dederunt in alloquendo victorem. Victore legitur in correctis. Cicero ad Atticum lib 6. epistola antepenultima, Nos provinciæ præfecimus Cælium: puerum inquies, & fortasse fatuum, &c. Nam quas multò ante tuas acceperam litteras, in quibus ἐποχὴν te scripseras, quid mihi esset faciendum de relinquendo, eæ me pungebant, quidam depravatè legunt, in quibus interscripseras de

vas de relinquendo ea, quæ me impugnabant. Leges & apud Senecam 2. de Benefic. cap. 18. Nemo in id accipiendo obligatur, quod illi repudiare non licuit. In castigatis legitur, Nemo enim id accipiendo obligatur, &c. Idem l. 2. Declamat, ubi de Ovidio fit sermo, Ex quo apparet summi ingenij viro non judicium defuisse ad compescendum scientiam carminum suorum, sed animum. In correctis legitur, ad compescendam scientiam. SED *quid attinet depravatis testimonijs chartas infarcire? Qui eleganter volet loqui Ciceronem imitabitur, qui hoc loquendi genere ferè abstinet.*

IN DO.

GErundia in Do, modò sine præpositione in oratione adhibentur:

Cicero Attico, Plorando defessus sum. Lib. 11.

Modo præpositiones, maximè A, Ab, De, In, assumunt.

Idem 3. Tusculan. Ab invidendo autem rectè invidentia dici potest. *Idem Cur. Etenim quis* Lib. 2.
est tam in scribendo impiger, quàm ego? Idem ad Lib. 8.
eundem, Tu quid cogites de transeundo in Epirum scire sanè velim.

Nonnunquam E, vel Ex, Cum, Pro.

Plautus in Aulul. Heus senex pro vapulando Lib. 1. c. 5.
hercle abs te mercedem petam. *Quintilianus*

Scribendi ratio conjuncta cum loquendo est.

LAVRENTIVS *negat hoc gerundium cum verbis motus posse conjungi, ut Reverior ab arando, redeo à spectando: sed ab aratione, à spectaculis. Cicero tamen in libro de Clar. Orat. non videtur tantopere id reformidasse, Tum Brutus: Quàm hoc idem in nostris contingere intelligo, quòd in Græcis, ut omnes ferè Stoici prudentissimi in differendo sint, & id arctè faciant, sintque architecti pene verborum: iidem traducti à disputando ad dicendum inopes reperiantur. Exemplum, ubi Ex, præcedit, est apud Terentium, Adelph.*

Gerundia in Do, conjungi possũt cum verbis motus.

Vt id ostenderem, quod te isti facilem, & festivum putant,
Id non fieri ex vera vita, neq; adeò ex æquo & bono,
Sed ex assentando, indulgendo & largiendo.

GERVNDIA *in Do, dandi casu activæ significationis rarò reperitur.*

Plaut: Epid: ultim scen. act. 4.

Ego relictis rebus Epidicum quærendo operam dabo.
Si invenero, exitialem ego illi faciam hunc ut sciat diem. Idem Pœn. sc. 2. act. 1.
-- eæ (ancillæ) nos lavando & eluendo operam Dederunt.

Ille locus Val. Max. l. 3. c. 6. P. Scipio cùm in Sicilia

ia augendo exercitum, traijciendo in Africam, opportunum quæreret gradum, &c. non facit ad rem, est enim mutilatus & depravatus. enim habet, P. Scipio in Sicilia augendo exercitum, traijciendoq́; in Africam, opportunum quærendo gradum, Carthaginis ruinam animo volueret, &c.

GERUNDIA PASSIVA.

Gerundia, quæ passionem significant nullum post se casum admittunt.

Quintilianus: Memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur. *Plinius, Rubens ferrum non habile tundendo. Idem, Bituminata, aut nitrosa utilis est bibendo. Salustius, Pauca suprà repetam quò ad cognoscendum omnia illustria magisq́; in aperto sint* — Lib. 1. c. 5. Lib. 13. c. 14. Lib. 31. c. 6. Iugurth.

GERVNDIA *quidam suspicantur dicta quòd geminam significationem, activam nimirum, & passivam gerant: post se casum non admittunt: illud Gellij l. 1. c. 12. Amata inter capiendum. Pontifice Max. appellatur: quoniam qua prima capta est, hoc fuisse nomine tradunt, ad rem, dicetur facere. Hic enim est sensus, vestalis appellatur à Pontifice Max. Amata inter capiendum. Di. rarius passionem significant Iustin. l. 17. Aas quoq; erudiendi gratia missus, quantò doctior majoribus suis, tantò & gratior populo fuit.*

 Do,

Do, Dum, finita frequentius. Cic. 2 de Nat. d Sue, Quapecude, quod erat ad vescendum homi nibus apta, nihil genuit natura fœcundius Do finitum tùm dativi, tùm ablativi naturam imi tatur: Dativi, Plinius lib. 13 cap 2. ubi de chartarum generibus agit. Emporetica inutili scribendo &c. Idem lib 21 c. 16 Scolymus ca duorum generis ab ijs distat, quòd radix ej vescendo est decocta. & l. 15 cap: 18. de varijs fic rũ generibus loquens, Nam alexandrinæ vix su vescendo: ubi subaudiendum est. Utiles, Apt vel quid simile. ABLATIVVS aliquandò præpo sitionem habet: Varro de re Rustic lib. 2. cap. 1 Quà paucissimos reliqueris, tam optimi in ale do fiunt propter copiam lactis. Plautus Aulu Heus senex pro vapulando hercle ego abs te me cedem petam: quòd paulò antè addux mus, ut o stenderemus, Do finita, præpositionem Pro, etia admittere.

Do Gerundia finita tum Dativi tum ablativi naturam imitantur.

RATIO VARIANDI GERUNDIA.

GErundia quæ accusativo casu gau dent, fere elegantius more adjecti vorum ad hunc modum efferuntur. Pompejus studiosus fuit Rempub. defende di, civisq; servandi Pompeius studiosus fu Rempub. defendendæ, civiumq; servandor

Ita u

Ita vt gerundii casus maneat, ser-
ʋo tamen genere, ac numero accu-
ativi.

. in Anton. Princeps vestræ libertatis de- Philip. 4.
dendæ semper fui. *Idem Curioni, Hoc* Lib. 2.
dquid attigi, non feci inflammandi tui causa,
testifi andi amoris mei. Livius, Interjecto Ab Vrb. 2.
de haud magno spatio, quod vulneribus cu-
lis, supplendoq; exercitui satis esset. Cicero
pio, Animum tuum promptum, & alacrem Lib. 3.
bexi ad defendendam Rempub. Idem Tre- Lib. 13.
o, Omne desiderium litteris mittendis, acci- Ab Vrb. 7.
diq; leniam. Livius, Prælia de occupando
e crebra erant.

QVIDAM *ex junioribus hæc gerundiva no-*
a vocat, alij gerundia adjectiva, alij par-
alia adjectiva, Laurentius gerundia, qui-
ei administratio significatur: ita tamen, ut
cetur esse participia passiva præsentis tem-
, quod Linacer post affirmavit, Priscian l.
Nomina verbalia appellavit. MIHI *(ut di-* Gerundiorum passivorum duplex positio
, quod sentio) videtur gerundia passiva in
, quæ ita nomino, ut distinguantur ab alijs
vis, quæ in Di, do, dum, exeunt. Itaque
tivis formantur duo genera, altera, quæ
, atq; terminatione ab activis non separan-
altera vero, quæ Dus, da, dum, finita no-
minum flectuntur, quo pacto etiam Amatus,
, amatum sum fui, ero, & cætera id ge-
nus

Gerundia passiva in Dus, da, dū, respuūt post se Ablativū cum præpositione.

nus verba declinantur. DICET *aliquis, si su*
verba passiva cur ablativum post se cum præp
tione, more passivorum, respuunt? Quia quem
admodum activa ante se nominativum habere n
possunt; ita fieri non potest, ut post se passiva abl
tivum habeant, qui ex nominativo activi nas
tur. Unde perspicuum est, hæc participia non e
nam participia passiva ablativum more suorum
verborum admittunt, quod his participial
verbis nunquam usu venit. NEQVE *ex interp*

Non sunt participia.

tatione confirmare possumus hæc participia e
præsentis temporis. Cic. 1 Offic. Orationem
tem latinam profectò legendis nostris efficies p
niorem: legendis nostris, id est, dum legunt
non satis firmum videtur hoc argumentum, eod
enim, qui volet, docebit, gerundia passiva in
esse participia præsentis temporis.

Virgilius 3. Georg.

-- alitur vitium, vivitq; tegendo.
id est, dum tegitur. Quintil. Memoria
colendo augetur, id est, dum excolitur.

Non sunt Ablativi absoluti.

QVE *in his & similibus, quæ adducam, abl*
vus est consequentiæ sive absolutus, unde m
mè nituntur probare quidam hæc particip
se. Cicero Trebonio lib. 13. Omne desideri
litteris mittendis accipiendisq; leniam. Ide
Offic. Orationem autem latinam profectò le
dis nostris efficies pleniorem Idem ibidem,
est enim, qui nullis officij præceptis tradendis, p
sopho

um se audeat dicere? Non est, inquam, a-
tivus absolutus in passivis, quemadmodum
in activis: nam ut activa modò præpositio-
n respuunt, modo admittunt, ita & passiva.
e faciamus periculum, permutemus passiva
ivis sic: Omne desiderium, litteras mittendo
ipiendoq; leniam, quis dixerit, Mittendo ac-
endoq; ablativos esse absolutos? nonne sic lo-
ntur etiam idonei autores? Liv. 2. ab Vrb.
Tribunos modò, sed plebem feroci oratione
tando, exprobandoq; Titi Memenij damna-
nem mortemq; periculum audacia discussit:
verte in passivum, refutandis Tribunis, ex-
randaq; morte: Dices, Refutandis Tribunis
robrandaq; morte, esse ablativos absolutos?
puto. Nunc ponamus exempla, in quibus
ibetur præpositio. Cicero pro Font: Plus ego
hac causa laboris & operæ consumo in poscen-
estibus, quàm cæteri defensores. Idem 5.
err. Si ubertas in percipiendis fructibus fu-
onsequitur utilitas in videndis. Vides, quem-
odum in his testimonijs elucet veritas? vi-
ablativum non suis viribus sed præpositione
ntem? Nobis, si Græcorum more liceret lo-
infinitis passivis utendum esset. Arist. Eth.
b. 7. cap. 3. περὶ τοῦ διαλύεσθαι τάς φιλίας.
erbium vertendum esset, De dissolui ami-
s, quod Latini hic participiali verbo per-
nt, De dissolvendis amicitijs. Sic Cic. 1.
. Regulus de commutandis captivis, Ro-

Romam missus est. Priscianus libro 8 docet,
manos his participialibus uti pro infinitis
corum: ut Legendi Virgilij causa vigilo, τ
ἀναγινώσκεσθαι Οὐιργίλιον χάριν ἀγρυπ
quòd fortaßis non minimo argumento est,
gerundia esse paßiva, cum & paßiva, quæ,
do, dum, finiuntur, eisdem infinitis explicen
quemadmodum activa, activis Græcorum.
de re multa Priscianus in eodem lib. cui hac
re habenda est fides, cum natione Græcus
rit, neq; mediocriter exercitatus in lingva
tina. Ad extremum omnes veteres Gramm
ci negant, esse participium paßivum præs
temporis, neq; ab eis dissensit Varro. JAM
quod ad modum rationemq; significandi att
activa gerundia ea, à quibus fiunt, sequun
nam si activa officium, reiq; administration
vel quidvis aliud significant, idem prorsus
siva significant: verbi causa torquet me cura
ministrandæ reipub. Tenet me cura numer
dotem. Tenet me cura numerandæ dotis.
VERO *roges, quo pacto hæc participialia à*
ticipijs in Dus, separanda sint, sic existimo
in activa, Di, do, dum solvantur, gerundia
siva censenda sunt: ut animum tuum promp
alacremq; perspexi ad defendendam rempu
cam: rectè solvitur, ad defendendam r
publicam. Catilina cupidus est
vertendæ reipublicæ. Catilina cupidus est

Gerūdia passiva in Dus, da, dum, in significatione imitantur gerundia activa.

Hæc Gerundia quomodo distingvũtur à Participijs.

ertendi rempub. Cùm consulatum inieris,
rquebit te cura gubernandæ reipub. Cùm
nsulatum inieris, torquebit te cura gubernan-
i rempublicam. QVOD si nullo modo in a-
iva solvi possint, judicabis esse participia &
mina in Dus. Cicero pro S. Rosc. Quo mo-
occidit? ipse percussit, an alijs occidendum
dit? Prorsus, Occidendum participium est,
i quis dicat, subaudiri præpositionem, Ad.
electaris tam execranda crudelitate. Non
mmotus es tam mirando facto? Hæc ut perspi-
um est, in activa gerundia non solvuntur. Il-
verò, Petenda est pax, Timendæ sunt pœnæ æ-
næ, quoniam solvi possunt, Petendum est pa-
n, Timendum est pœnas æternas, crediderim
ius esse gerundia passiva in Dus nominandi
us.

Illud

-- volvenda dies en attulit ultro,

similia, figurata esse suspicor, ponuntur enim
rticipia pro adjectivis, Volvendus, pro Volu-
lis. Hæc hactenus, quod ad nomen rationemq;
nificandi attinet. NVNC à quibus hæc fiant
rbis paucis dicendum est Si passionem signi-
ant, ut re vera significant, necesse est; ut à
rbis activis fiant: quare eleganter quidem
es, Non defuit mihi voluntas inserviendi
commodis, favendi liberis tuis: at inservi-
lis tuis commodis: favendis tuis liberis, in-
litum est: cùm sit utrumq; neutrum verbum

Gerundia Passiva in dus da, dum, à quibus verbis fiant.

NOTA. *Hæc etiam à verbis deponentibus non
naſcuntur. Cice. 1. de Fin. Voluptates omitt
tur majorum voluptatum adipiſcendarum g
tia. Idem 1. de Leg. Intelliget, quemadmodu
natura ſubornatus in vitam venerit, quan
inſtrumenta habeat ad obtinendam, adepiſc
damq; ſapientiam. Idem 2. de Orat. Tamen ſ
omnes in eodem veritatis imitandæ genere v
ſati. Idem 2. Offic. Oris pulchritudo reliqui
poris imitandi ſpem auferebat. Idem Philip
Quorum tanta ſtudia cognoſcuntur in decr
faciendis, militibus dandis, pecunijs pollice
&c. paulò poſt, qui principes pecuniæ pollice
fuerunt. Idem in Rull. 2. Primùm permitt
infinita poteſtas pecuniæ conficiendæ de ve
vectigalibus, non fruendis, ſed alienandis. Id
de Somnio Scipionis. Quo ſis alacrior ad tu
dam Remp. ſic habeto. Idem de Senect. Xeno
ris liber, de tuenda re familiari. Idem 1. O
Ad perfruendas voluptates, &c. Multò plur
pud eundem Ciceronem, aliosq; ſcriptores in
nies, quos non vereberis imitari. Illud ſimu
memoriam revocabis, quàm plurima depone
fuiſſe olim activa, & nonnulla, quæ ſunt m
neutra, priſcis illis ſeculis fuiſſe activa
unde ſunt illa Cicero. loca ſuperius
ſita. Dixi, ferè elegantius, quia quoties (inq
Laurentius) oportet loqui per relativum, ne
ſe eſt loqui per gerundium in Di, Equidem*

ror

ror studio patres vestros, quos colui, & dilexi, videndi, nam durum fuerat (ut idem ait) studio videndorum patrum vestrorum. Sunt præterea nonnulla, quæ commodius activis gerundiis, quam passivis efferuntur, quale est illud Livij 2. ab Urb. Idem in utroq; laudator cùm concedendo illis laudes suas, ipse maximam partem earum ferret, intollerabile enim esset dicere, Concedendis illis laudibus suis. Exemplum Livij supra positum, Interjecto deinde haud magno spatio, quod vulneribus curandis, supplendoq; exercitui satis esset: & l. 10. bell Pun. Ea modo, quæ restingvendo igni forent, reportantes, & lib. 4. ab Urb. Experiendam rem denique in uno, aut altero esse, sit ne aliquis plebejus ferendo magno honori: & alia id genus, apertissimè docent passiva gerundia dandi casu in usu fuisse. DEEST *aliquando substantivum. Quint. pro Gladiat. Pauperi solvendo sumus ubi debito, vel aliquid simile subauditur, quod Liv. 1. bell. Mac. addidit, Cùm & privati æquum post ilarent, nec tamen solvendo ære alieno Respublica esset. Ubi Budæus in pandect existimat, æri alieno legendum esse. In quibus exemplis deest nomen, Aptus, idoneus, par vel aliquid simile; quod ab autoribus aliquando exprimitur. Colum. lib. 1. cap. 9. Dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Cels. lib. 5. cap. 28. Cætera si desunt, imponi debet primum non pingve emplastrum: Deinde, si non expressit, quodlibet puri movendo*

Gerũdia aliquando Substantivũ desiderát

do accommodatum. PLIN. *lib 13. cap. 2. verbum Sufficiebat, adjecit, Nimia quippe Augustæ tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis.*

PARTICIPIALE VERBUM IN DUM.

VErbum Participiale in Dum, accedente verbo substantivo, dativum postulant omnibus verbis communem.

Bell. Pun. 1. *Livius*, Hic vobis vincendum, aut moriendum, milites est.

Præter dativum communem, etiam casum sui verbi admittit.

Cic 2. Tusc. Tuo tibi judicio est utendum.

Tibi, casus est communis, Tuo judicio, proprius est verbi,

VARIE *à Grammaticis appellatur hoc participiale. Priscian l. 8 putat esse gerundium in dum sine præpositione. Idem ait lib. 18. respondere adverbio Attico, quod* Θελητικὸν *vocant, quod omnibus numeris & personis adjungitur. Arist. Eth.* Οὐ ταυτὰ πᾶσι ἀποδοτέον, *Non eadem omnibus tribuendum: Idem lib. 9.* Εὐθὺς διαλυτέον τῆς φιλίας. *Statim dissolvendum amicitias, Servius in illud Virgilij lib. 10.*

Cui Juno illacrymans, quid si quod voce gravaris, Mente dares? Modum gerundij vocat. Va

exist

existimat esse participium aut nomen. Participia certè non videntur esse, cum hæc fiant à verbis omnibus, maximè absolutis, ut Assurgendum est majoribus natu, sudandum est tibi, si &c standum est tibi promissis: quis hæc dicat esse participia? nisi verò assurgendus, sudandus, standus, aliquando in usu fuerint. Multò minus videntur nomina: cum præter dativum omnium verborum communem, genitivum, dativum, accusativum ablativum, ut casus proprios admittant. Oblivis-cendum est tibi injuriæ acceptæ, Serviendum est nobis Deo, Petendum est tibi pacem, Vtendum est nobis ratione. QVARE aut hæc gerundia sunt, aut ea, summa necessitudine, atq; propinqua cognatione attingunt: nam casum ante se nullum postulant, post se suorum verborum. Hoc tamen ab illis differunt, quòd dativum communem omni verborum generi habent, & substantivo verbo nituntur apertè, vel occultè, præpositionesq; omninò respuunt, & cum accusativum petunt passivo potius efferuntur, quam activo, ut mox dicemus. QVOD verò ad significationem attinet necessitatem, partes, officiumq; significant quod ex multis locis, tum præcipuè ex illo Livij 8. ab Vrbe perspicuum est, Meq;, inquit, in eam necessitatem adduxisti, ut, aut reipublicæ mihi, aut mei meorumq; oblivis cendum sit. Idem docet Diomedes libro 1. Legendum tibi est, Necesse est ut legas.

Verbum participiale in dum quid sit.

Verbũ participiale in Dum, cum quibus verbis jungatur.

JUNGITUR & *cum verbis præsentis, præteriti & futuri temporis. Cic. 4 Tuscul. Quando aliis locis de virtute diximus, & sæpe dicendum erit. Jungitur & cum infinito Fore, quod non minimum argumentum videbitur nonnullis, quo doceant non esse participium futuri temporis. Liv. 1. belli Maced. Si quis ad eas leges addi, demi, mutarive vellet, rursus ab senatu ei postulandum fore. Et illud Ciceronis ad Appium l. 3. Quasi divinarem tali in officio fore mibi aliquando expetendum officium tuum.*

APPENDIX.

SI tamen casus fuerit Accusativus, mutabitur participiale activum in passivum, hoc modo.

Petendum est tibi pacem, Petenda est tibi Pax. Timendum est nobis pœnas æternas, Timendæ sunt nobis pœnæ æternæ.

Prisci etiam activo usi sunt cum accusativo.

Lib. 5. *Lucret:* Æternas quoniam pœnas in morte timendum.

Veteres imitatus est Virgilius.

--alia arma Latinis

Lib. 11. Quærenda, aut pacem Trojano ab rege petendum.

participi- VARRO *in libro de re rustica crebrò utitur* ho

hoc participiali. Singulis, ubi pariant, faciendum aras quatuor. Idem lib. 2 cap. 16. In fætura dandam potius hordeaceos, quàm triticeos panes. Adducitur & illud Livij, Itaq; bellum haud dubijs hostibus gerendum, domandumq; feroces animos esse. CITATUR *& Macrobius l. 3. Satur. c. 7. Mirandum est hujus poëtæ & circa externa sacra doctrinam in correctis legitur, miranda est, &c. doctrina. Livij locus est lib. 7. bell Mac. legiturq; sic in correctis. Itaq; bellum cum haud dubijs hostibus gerendum, perdomandosq; feroces ces animos esse. Citatur & à multis etiam eruditis viris illud Cicer. ad Attic. l. 14. Iterandum eadem ista mihi & 3. Tusc.* ITERANDUM *eadem ista mihi: sed utrobiq; corruptè citatur Cicero. nam in castigatis sic legitur, Iteranda eadem ista mihi: quod Cicer. ab Ennio, vel Accio mutuatus est, quod idem 4. Academ. adducit.*

ali in Dū, frequenter utuntur autores.

Age, asta mane, audi, iterandum eadem & ista mihi. Budæus in Prior. Annot. in Pandect. hanc constructionem græcam appellat, qua Græci ornatè & eleganter utuntur, omittentes sæpe verbum substantivum, quos nostri imitati sunt, ut docent exempla quæ modo attulimus. Prisc. lib. 18 (ut paulò ante diximus) ait respondere adverbio Attico, Illi, inquit, λεκτέον ἐστι, *pro oportet dicere, hinc Romani supina vel Gerundia invenerunt, Græci tamen Adverbio suo accusativum eleganter tribuunt, quod eruditius*

seculum Romanorum suo participiali denegavit, maluitq́; passivo uti, quàm activo. Liv. 1. belli Punic. Responsum legatis, pacem illis prius petendam à populo Romano esse, quàm ut Rex, sociusq́; & amicus appelletur. Si activè more Lucretij, & Varronis atq́; etiam Virgilij, locutus esset, dixisset, Pacem illi prius petendum à populo Romano esse, quam, &c. ablativus à Pop. Rom. casus est verbi activi, Postulo à te pacem. NEQVE *hoc genus loquendi futurum potius tempus quàm præsens, aut præteritum adsignificat: liberum namq́; est à certo tempore, numero, genere, & persona: cùm possit sine discrimine cum omnibus conjungi: Moriendum est mihi, tibi, illi, nobis, vobis, illis, & moriendum fuit: &, Quasi divinarem, tibi moriendum fore, sic & cætera: quod idem l. 18. docet Priscianus, Frequentissimus est usus hujus participialis.*

Terentius Eunuch.

Eijciunda est hercle hæc animi mollities.

Participiale in dū passivum cūsubstantivo, genere, numero & casu consentit. *Cicer. 2. Offic. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus: Quanto elegantius, suaviusq́; hæc dicuntur quàm si dictum esset, Eijciundum est hercle hanc animi mollitiem: Quamobrem nec ita claudendum est rem familiarem, &c.*

Quis te ferat si dicas, Colendum est præceptores, Evolvendum est diligenter scripta Ciceronis,

nis, Fugiendum est improborum consuetudinem? Fac ut participialia activa genere, numero, casu consentiant cum substantivis, sic Colendi sunt praeceptores, Evolvenda sunt diligenter scripta Ciceronis, Fugienda est improborum consuetudo: quanto haec elegantius? SED quo nomine haec, inquies, appellabimus? Si Servio auscultare velis, Participia. Mihi (dicam enim quod sentio, nec enim ea res est propter quam deserendum sit vadimonium) ut Activa, non videntur participia, ita nec Passiva. Repete memoria si non est molestum, quae modò allata sunt exempla, tuum esto judicium, considera etiam atque etiam, intelliges procul dubio, nullum futurum tempus adsignificare. Quid ergo causae est cur ea participia appellemus? Nisi quis dicat, id quod alibi diximus, nimirum participia in dus, etiam si officium necessitatemque adsignificent non ideo participii nomen amittere: quemadmodum & verba ipsa quae futuri cùm sint temporis sine ulla dubitatione, saepe officium tamen necessitatemque adsignificant, ut si pater filium sic alloquatur, Non eiicies istam animi mollitiem, quae te perdit? Itanè rem familiarem claudes, ut eam benignitas aperire non possit? Non coles praeceptores tuos, qui secundum parentes tibi diligendi sunt? Hae voces futuri sunt temporis, nihil minus tamen, quàm futurum adsignificant. HVC spectant illa & similia: Putavi ad te primo quoque tempore

Participiale passivũ quo nomine appellandum.

mittendos esse milites. Censeo non redimendos captivos tanto pretio. Livius 1. bell. Pun. Legatos mittendos in Africam censuerunt, &c. eum, si pax placeret revocandum illis, & dedendum populo Romano esse. QVOD *si quis hæc, nomina verbalia existimet esse, non multum ei adversabor: Nam ut Attici à suo adverbio* τέον, *nomina in* τέος, τέα, τέον *formant, ut à* φιλητέον, *Amandum,* φιλητέος *Amandus,* φιλητέα. *Amanda,* φιλητέον *Amandum, sic nostri à participiali in Dum, nomina in Dus, da, dum, formant. Qua de re vide Priscian. lib. 8. & 11.*

SVPINA IN VM.

SVpina in VM, amant verba quæ motum adsignificant.

Ab Vrb. 2. *Terent. Phorm.* Percontatum ibo *Idem Heaut.* *Abi deambulatum. Livius. Coriolanus damnatus absens in Volscos exulatum abijt,*

Ante se nullum, post se suorum verborum casus habent.

Bell. Gall. 1. *Cæsar,* Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium. *Terent. Phorm. Me ultro accusatum advenit. Idem Eunuch. Nutricem accersitum ij*

ALIQVANDO *occultè additur verbum motus.* Plautus Aulul.

Coctum ego, non vapulatum dudum conductus sum.

Hora

Horat: in Art:

Spectatum admissi, risum teneatis amici?

Item illa, Do venum servos, Do nuptum filiam, itemq; cætera, in quibus inest latent motus. Qui enim admittitur spectatum, conducitur coctum, movetur: atq; in cæteris eodem modo. SVPINA *cum passionem significant, nullum post se casum desiderant, Vapulatum, venum, exulatum. Excipiunt quidam ea, quæ cum infinito Iri junguntur. Cicer. Attic. 15. Brutum ut scribis, visum iri à me puto: existimant enim ablativum A me, à supino, Visum, regi. Ego verò arbitror regi simul, à verbo Iri & voce visum, ut enim hic, Liber tuus lectus est à me. ablativus non regitur à voce Lectus, nec à verbo Est, sed ab utroq; simul in unum verbum passivum coalescente: sic visum iri, occisum iri, in unum verbum passivum coalescunt. Etenim prisci, ut suprà diximus, cum de futuro passivo infiniti modi egimus, verbum Eo, etiam passivè declinabant: undè Cato, Contumeliam mihi factum itur, dixit. Itaq; passivitas, ut cum Probo loquar, præcipuè ex verbo Iri, oritur. Quare crediderim potius, ab infinito Iri, potissimum ablativum regi.*

Supina in Vm passionem significantia nullum post se casum desiderant.

SVPINA IN V.

SVpina in V, ferè passivæ significationis sunt sine casu, adhærentq; nominibus adjectivis.

Lib. 7. *Cicero Attico*, Quod optimum factu videt
Philip. 4. tur, facies. *Idem in Anton: O rem non modo v*
su fœdam, sed etiam auditu.

VETERES Grammatici, præcipuè Diomedes l
& Priscianus 8 docent Supina in V, etiam sig
ficare actionem: cum quibus faciunt nonnulli ju
niorum, adducentes illud Plauti Mænech. Obson
tu redeo: item Catonis de re rust. c. 5. Primus cu
bitu surgat, postremus cubitum eat. Et Statiu
Achil. Quem tum venatu rediturum in limi
primo Opperiens.
Mihi veterum sententia non displicet, maxi
cum ea ætate quamplurimi extiterint scriptore
in quibus fortasse multa testimonia erant, quoru
scriptorum nostra memoria ne nomina quidem e
xtant.

PARTICIPIA.

PArticipia eosdem casus habent, qu
verba à quibus proficiscuntur.

Pueri victoriam reportaturi, non delecta
tur duodecim scruporum ludo.

Ab Vrbe 1. *Livius, Ancus ingenti præda potitus Romam r*
dit. Cicero in Pisonem, Abjectum, contemptu
despectum à cæteris, à te ipso desperatum, & re
ctum, adulantem omnes videre te volui, vi
Lib. 1. *Cicero Lentulo, Totus est nunc ab ijs, à qui*
tuendus fuerat, derelictus.

PARTI

PARTICIPIA, *quod ad significationem attinet a verba imitantur. Quæ ab activis, & neutris ascuntur, actionem significant (actionis vocabu- m nunc paulò fusius accipio) ut docens, doctu- s, serviens, serviturus, dormiens, durmiturus. A ssivis passionem, ut doctus, docendus, vapulans, pulaturus. A communibus præsentis, & futuri Rus, actionem, ut complectens, complexurus: Dus passionem, ut complectendus. Præteriti u- ngȝ, ut complexus. Et à deponentibus futuri in es passionem, ut sequendus. Cætera actionem, ut uens, sequiturus, sequutus.* COENATVS, *pran- , ausus, gavisus, fisus, solitus, argutus, cautus, cir- mspectus, consideratus, contentus, disertus, fal- , fluxus, profusus, scitatus, tacitus, tutus, voce dem, passiva imitantur, significatione verò a- va.* Participiorum significatio.

APPENDIX.

Articipia passiva præteriti, & futuri temporis, maximè cùm fiunt nomi- , etiam dativo gaudent.

ero de Senec. Sperare videor Scipionis ami- iam & Lælij notam posteritati fore. *Terent. dr. Restat Chremes, qui mihi exorandus est.* HVIVS *generis sunt cognitus, perspectus, explo- us, compertus, dilectus, probatus, acceptus, tatus, despectus, contemptus, neglectus, & com- positum,*

Oratores crebrò dant participijs præteriti temporis ablativū.

posita, ut incognitus, inauditus, invisus, & cæte Oratores tamen, quantum memini observ se, frequentius tribuunt participijs præter temporis ablativum, quam dativum, n transeant in nomina. *Cic. pro Mil. Diu vex à perditißimis civibus, aliquando per vos ac stram fidem, virtutem, sapientiamq; recreem Quint: lib. 2 ca. 3. Qua de re memini narr mihi Julium secundum illum æqualem meum, que à me, ut notum est, familiariter amatu Cùm Quintilianus vir summa eruditione lib c. 3 nos doceat esse participia in Dus, non vid cur Saturnio potius, quam illi habenda sit fid Audi Fabium, utimur & verbo pro participio,*

-- magnum dat ferre talentum:
tanquam ferendum.

Ibidem,

Illud planè figura est, qua diversa sermonis forn conjungitur.

-- socijs tunc arma capessant
Edico, & dira bellum cum genere gerendum.

Quamvis enim pars Bellum posterior particip insistat, utriq; tamen convenit illud Edico. Hæc i

Participia in Dus, Ablativū post se habent.

NVNC *exempla ponamus, quibus planum fia participia in Dus, Ablativum post se more p sivorum verborum habere: sunt enim qui potius Dativum tribuendum esse censean Cicero ad Marcel. lib. 15. Quæ mibi de*

Parth

rtbis nuntiata sunt, quia non putabam à me hc scribenda esse publicè, &c. Ibidem ad eunm, Cùm præsertim matris tuæ gravissimæ atq; ima fœminæ majora erga salutem dignitatemmeam studia, quàm erant à muliere postulanperspexi. In eodem ad Catonem, Admonendum ius te à me, quàm rogandum puto. Idem con Rullum 2. Hæc qui prospexerint, majores nos dico, Quirites, non eos in deorum immorum numero venerandos à nobis & colendos atis? Idem de Arusp: Nego ullo de opere puo de monumento, de templo, tot Senatus ex e consulta, quot de mea domo: quam Senatus m post hanc urbem constitutam, ex ærario ecandam, à Pontificibus liberandam, à Maratibus defendendam, à Judicibus puniendam aret. Idem Cornif. lib.12. Neq; enim quæ tu pter magnitudinem animi tui & ingenij moatè fers, à te non ulciscenda sunt, etiam si non lenda. AT DICET *aliquis, hæc necessitatem ofumq; potius, quàm futurum tempus adsignifire. Cui ego non modò non adversor, sed etiam entissimo animo assentior: ita tamen ut partij nomen non amittant, quemadmodum neq; rba futura cùm necessitatem officiumq; adsigcant, aut verba, aut futuri temporis verba, cari desinunt, sicut suprà diximus, cùm de uro infinito egimus. Participia itidem in Rus am si necessitatem ac officium adsignificent, sicuti*

Participia in Dus, licet necessitatem significet, manet tamē participia.

cuti frequenter adsignificant, non ideo tamen ticipij nomen amittunt: id quod etiam planu xemplis fecimus in rudimentis, sive libello de Partibus orationis, cùm de participijs egimus. utrunq; igitur locum te reijcimus, ne eadem scribamus.

II. APPENDIX.

EXosus, perosus, pertæsus, accusa vum petunt.

Lib. 8. *Curtius*, Persarum te vestis, & disciplina lectat, patrios mores exosus es.

Ab Vrb. 3. Cap 7. *Livius. Plebs Consulum nomen haud secus, qu regum perosa erat. Sueton. in Cæs. Quasi per sus ignaviam suam, quòd nihil tum à se memo bile actum esset.*

ODI *olim videtur etiam habuisse osus sum, prandi & pransus sum: unde Plautus in Amph. I micos osa sum semper obtuerier, &c. Gellius l. c. 8. Hunc Fabricius non probabat, neq; amico rebatur: osusq; eum morum causâ fuit. Item co posita perosus, exosus. Sueton. in Tib. c. 21. in e Aug. ad Tiberium, Deos obsecro, ut te nobis c servent, & valere nunc, & semper patiantur si n populum Romanum perosi sunt.* GELLIUS *tam l. 2. cap. 18 exosus junxit cum dativo, pro invis Ejus Epicteti etiam de se scripti duo versus fer tur, ex quib. latenter intelligas, non omnes mo*

is exosus esse. Pertæsus eundem casum habet. *Sue-nius in Tib. c. 66. Tacit. lib. 15. cum patrio ca-junxit, de Epichari fæmina, Ac postremò lenti-dinis eorum pertæsa, & in Campania agens, & c* dmittunt participia præteriti temporis ac-satīvum more Græcorum, vt Redimitus npora lauro. *Suetonius in Augu. Dextrum nu lapide ictus. Livius 1. bell Punic. Femur gula graviter ictus. Sed de his in figurata structione.*

PARTICIPIA FACTA NOMINA.

Articipia in Ans, Ens, interrogandi casu gaudent, cùm fiunt nomina.

entius Phorm. Herus liberalis est, & fugi- Lib. 9.
s litium *Cicero Attico, Boni Cives amantes* In Bel; Catil.
ria. Salustius, Corpus patiens, inediæ, vigiliæ,
oris, suprà quàm cuiquam credibile est. Cice- Lib. 1.
ad Quintum Fratrem; Fert graviter homo & i amantissimus, & suæ dignitatis retinens, se d te neque amicitia, neque jure valuisse

Nonnulla etiam præteriti tempo- ut consultus, doctus.

ero in Antonium, Neque enim ille magis ju- Philip. 2.
consultus, quàm justitiæ fuit. *Horatius,* Car. 3. O. 3.
Cte sermonis utriusq; lingvæ. Salustius, Alie- Bell. Catil.
ni appe-

Bell. Mac. 10 ni appetens, profusus sui. Livius, Servitutis dignitatisq; homines expertos, adversus notum malum irritatos esse.

PARTICIPIA in Ans, Ens, cùm vim suam tinent, casus verborum, unde fiunt postulant. cero ad Attic. l. 6. Homo semper amans te. eundem lib. 16. Vt me herclè paucos æquè observantes atq; amantes me existimem. Cùm in naturam nominum transeunt, patrium casum exigunt. Cicero pro Rab. Posth. Studiosus, amobservans sui.

Hujus classis sunt, Negligens amicorum, efficutilitatis, fugiens laboris, sitiens virtutis, pnia, ferens laboris, sciens regionum, latinæ lvæ, potens sui, itemq; cætera ejusdem generis pro Quintio: Eques Romanus locuples, sui ntij bene gerens. Idem pro Planc. Deinde sitem me virtutis tuæ deseruisti ac dereliqCæsar bell. Civil. Nemo erat adeò tardus, augiens laboris, quin, &c. Tacitus lib. 21. Cohominum salubria, & ferentia laborum. Sede vita beata, Et illorum, Et sui potens fit. Maximus lib. 5. cap. 2. potentes consilij.

Participij speciem præ se ferentia. HVC accedunt, quæ participij spepræ se ferunt, Insolens, impotens, intoleimpatiens. Cicero Attico lib. 2. Itaq; amile noster insolens infamiæ. Livius lib. 9. Pun: Plemninius impotens iræ. Curti8. Impotens animi. Livius 7. bell. Intolerantissima laboris corpora. Pl

Plinius lib. 10. cap. 62. Vipera singulos diebus singulis parit viginti ferè numero : itaq; ceteræ tarditatis impatientes perrumpunt latera, occisa parente. PAVCIORA *sunt præteriti temporis hu-ius ordinis, quæ oratoribus sint usitata : de quibus ferè egimus, cùm de nominibus scientiæ, copiæ, & nopiæ diximus. Nam illæ, scitus vadorum, victus, rectus, falsus animi, poëtica sunt. Eruditus cum enitivo nondum legi apud idoneos, sed cum alativo, quem casum à suo verbo accepit. Cicero . de Divin. L. quidem Taruitius Firmanus familiaris noster, inprimis Chaldaicis litteris eruitus. Idem in Bruto, Decius Brutus erat cum tteris latinis, tum etiam græcis, ut temporibus lis, eruditus. Doctus litteris latinis, græcis, eleanter dicitur. Idem in eodem, Non tam in dindo admirabiles, quàm docti & græcis litteris latinis. Peritus, quod quidam à Perio prisco erbo deducunt, frequentissimè cum genitivo junitur. Idem in eodem, L. Cælius juris valde peris. Idem tamen pro Cluen. ablativo usus est. Quis P. Octavio ingenio prudentior, jure periti-? Apud eundem & Cæsarem, Usu peritus. Hæc ia interim præpositionem Ad, cum accusativo lmittunt. Cicero ad Quintum Fratrem lib. 1. c verò fallaces sunt permulti, & leves, & diurna servitute ad nimiam assentationem erui.*

Eruditus, Doctus, Peritus, cum ablativo.

Eadem cũ accusativo & Præpositione Ad.

Terent: Hecyr:

In eodem mihi videntur omnes ludo doctæ malitiam.

Cic. de Orat. Jurisconsultus, qui legum, & consuetudinis ad respondendum & cavendum peritus sit. Genitivum itidem petunt indoctus, imperitus, insuetus, quæ ex participijs sunt composita. Cicero Attico lib. 2. Tam insuetus contumeliæ. Cæsar lib. 7. bell. Insuetus laboris.

APPENDIX.

Participia præsentis, præteritiq; temporis, cùm nominum naturam induunt, more eorum comparantur.

Lib. 1. *Cic. Lentu.* A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi & cogitandi: utorque ad omnia Quinto Selicio, quo neque prudentiorem quemquam ex tuis, neque fide majore esse judico, neque amantiorem tui.

Lib. 16. *Idem Tir. Cum commodè & per valetudinem, per anni tempus navigare poteris ad nos amantissimos tui veni.*

Lib. 6. *Idem Attic Nihil illo rege spoliatus, nihil rege egentius.*

Lib. 5. *Idem in Verre Hæc tu omnium mortalium profligatissime, ac perditissime cùm scires, cum tanto periculo tuo fieri paterere, atq; concederes.*

NON *omnia participia, maximè præteriti te*

poris comparantur, nam amatior, amantissimus, auditior, auditissimus, & multa alia inaudita sunt. Quibus igitur utendum sit, assidua, ac diligens veterum lectio te docebit. Cic. pro Dejot. Quis consideratior illo? quis tectior? quis prudentior? Cic. in Pisonem, Quis te miserior? quis te damnatior? sic apud eundem commendatior, commendatissimus, iratior: iratissimus. Participia **Nota.** *rò suum casum retinent, quando comparantur. Cicero ad Cornificium libro duodecimo. Cæteris omnibus rebus habeas eos à me commendatissimos.*

II. APPENDIX.

PArticipiis futuri temporis, addito verbo substantivo, eleganter vtimur pro debere, vel oportere.

Sum expectaturus fratrem.

Terentius Phorm. Expectandus est mihi frater. Eram habiturus heri orationem. Habenda mihi erat heri oratio. Cic. pro Font. Orandus erit nobis amicus meus Pletorius, ut suos novos clientes à illo faciendo deterreat.

UTRUNQUE *participium, non solùm præsens, &* **NOTA.** *præteritum, sed etiam futurum verbum admittit. Autor ad Herennium l. 3. Si utrunq; poterimus ostendere, utrunque pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse: sin alterum demonstra-*

 turi

turi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus, ost-demus, Cicero pro Fonteio. Ita verò si illi bell- facere conabuntur, excitandus nobis erit ab in-ris C. Marius, qui Induciomaro isti minaci, a- arroganti par in belligerando esse possit. INTR-DUM *utuntur autores Debendi verbo. Autor Herennium l. 4. Primùm dicemus, quibus in-neribus semper omnis oratoria elocutio debea-se: deinde ostendimus, quas res semper hab- debeat. Idem ibidem, lib. 3. multis locis do- participiale in Dus infinito passivo & verbo op-tere, posse explicari.*

Justitiæ partibus, inquit, utemur &c. si osten-mus, bene merentibus gratiam referri conven- Si demonstrabimus, ulcisci malè meritos oport- Si fidem magnoperè censebimus conservanda- Si leges & mores civitatis egregiè dicemus -vari oportere, Si societates atq; amicitias -diosè dicemus coli convenire: Si hospitia, -entelas, cognationes, affinitates castè colen- esse dicemus. VIDES ID, *quod suprà d- mus, hæc participialia debitum, officium necessitatem, denique Convenire, Oportere, potius significare, quàm futurum tempus?*

CONSTRUCTIO TRANSITIVA PRONOMINIS.

GENITIVUS POST DEMONSTRATIVA PRONOMINA.

PRONOMINA demonstrativa, cùm substantivè ponuntur, patrium casum admittunt.

icero ad Cælium, Hoc a te litterarum dedi. Lib. 2.
dem de Orat. *Quoniam id temporis est surgen-* Lib. 2.
um censeo. Idem Attico, Res est eodem loci, Lib. 1.
uo reliquisti.

DISTULIMUS *pronominum syntaxim in hunc m, tum quia sine aliarum partium cognitione n facile percipitur: tum præcipuè propter reproci obscuritatem. Huc spectant, Hoc commo- novi, noctis, temporis, libertatis. Cicero Atti- lib. 11. Tantùm vide ne hoc temporis Terentiæ sse aliquid poßit. Idem, id ætatis, solitudinis, tium. Idem Toranio lib. 6. Ita viximus, & jam ætatis sumus. Tacitus lib. 11. Id repentè solitu- is erat. Idem lib. 13. Nec id nobis virium erat. m in eodem, Nec bonis artibus idem virium e-*

EODEM *loci res est: Hîc, Eodem non est verbium, cùm jungatur cum verbo quietis,*

SI DICAS, *eodem loci profectus est, adbium erit.*

Terent: Heaut:

Ego istuc ætatis non amori operam dabam.

APPENDIX.

PRonomen Idem, cum dativo apud poëtas reperitur.

Horatius in arte poëtica,

Invitum qui seruat, idem facit occidenti.

Oratores verò sic loquuntur.

Lib. 2. *Cicero de officijs*, Peripatetici quondam ijdem

Lib. 2. erant, qui Academici. -- *Ex eodem in Oratore Sit igitur hoc cognitum, numeros oratorios eosdem esse, qui sunt poëtici. Idem de Natura Deorum Dianam, & Lunam eandem esse putant.*

Lucretius libro 3.

Quorum unus Homerus.

Sceptra potius, eadem alijs sopitus quiete est

V*IDEO multos ita loqui, Peripatetici quondam ijdem ferunt cum Academicis. Numeri oratorij ijdem sunt cum poëticis. Velim potius, dum veterum exempla desidero, cum Cicerone loqui quemadmodum jam diximus. Ponam integrum exemplum in Oratore: Sit igitur hoc cognitum in solutis etiam verbis inesse numeros eosdemq; esse oratorios, qui sunt poëtici. Idem 2. de Fin Num propterea idem voluptas est, quod, ut ita dicam indolentia?*

GENI-

GENITIVUS POST POSSESSIVA.

POssessiva Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, loco genitivorum, Mis, Tis, Sis, Nostram, Vestrum, posita, genitivum postulant.

Cic. ad Marcel. Molestè fero me consulem tuum stuum Adolescentis perspexisse, te meum cum id ætatis sim, perspicere non posse. *Idem in M. Anton. Tuum hominis simplicis pectus vidimus. Idem Attico, Non debes mirari, non posse me tanto dolori resistere, solius enim meum peccatum corrigi non potest.* Lib. 15. Philip. 2. Lib. 2.

Horatius, -- cùm mea nemo.
Scripta legat vulgò recitare timentis. Serm. 1. satyr. 4.

EX ALLATIS *exemplis intelligimus possessiva genitivum admittere nominis tum substantivi, tum adjectivi, tum etiam participij. Verùm quò res apertior fiat, addam plura Cic. 5. Verr. Quæro, si ipse excogitare non poterat, quemadmodum suam plurimo venderet, ne tua quidem recentia tuis præclaris abs te principe inventis, excogitatis [illegible]ctis, atq; institutis uterentur? Cato Cic. lib. 15. Quod & Resp. me & nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut virtutem tuam, innocentiam, diligentiam cognitam in ma-*

Possessiva admittunt genitivum nominis substantivi, adiectivi & participij.

*in maximis periculis, domi togati, armati fori
pari industria administrare gaudeam. Plin. l.
ad Mamilian: Quereris de turba Castrensium n
gotiorum, & tanquam summo otio perfruare, l
sus, & ineptas nostras legis, amas, flagitas, me
ad similia condendo non mediocriter incitas. In
cipio ex hoc genere studiorum non solùm oblecta
tionem, verùm etiam gloriam petere, post jud
cium tuum viri eruditissimi, gravißimi, ac supe
ista omnia verissimi.* NON *dixit Plinius, po
judicium tuum, qui es vir eruditißimus: Ne
Cato, virtutem tuam, cùm esses domi togatus
Nam togatus nomen est, ut palliatus. Neq; C
cero tua vestigia qui proximus prætor fuisti. Ne
pectus tuum, qui es homo simplex. Neque stud
um tuum, qui es adolescens, ut Laurentius di
cit. Quod si Laurentius uni Plinio lib. 3. cap. 9.
tantùm tribuit, ut credat latinè dici, Memor
ter tenere, si rectè scriptum est apud eundem Pl
nium: nos verebimur hoc modo loqui cum Plini
Catone & Cicerone? Q*VORVM *hæc? ut inte
ligamus, possessiva non solùm jungi cum genitiv
unius, solius, ipsius, duorum, trium, paucorum, c
jusq;: sed etiam cum aliis. Horum exempla a
cipe, Cic. in Pison. sine ulla dubitatione jura
Rempublicam, atq; hanc urbem mea unius ope
esse salvam. Idem pro Mur. Ex tuo ipsius anim
conjecturam ceperis. Bithynicus Ciceroni lib
6. Itaq; contentus ero nostra ipsorum amicitia.*

Possessiva non solum junguntur genitivis unius, ipsius, &c.

Livi

Livius lib. 8. ab Vrb. Visne igitur, dum dies ista venit, qua magno conatu exercitus moveatis, interea tu ipse congredi mecum, ut nostro duorum jam hic eventu cernatur, quantum eques Latinus Romanus præstet? Idem lib. 7. Tum eximia corporis magnitudine, in vacuum pontem Gallus processit, & quanta maxima voce potuit, Quem nunc (inquit) Roma fortissimum virum habet, procedat agedum ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat, utra gens bello sit melior. Brutus Ciceroni in lib. Epist. ad Brutum, Bibulum noli dimittere ex sinu tuo, tantum jam virum, ex quanto mihi crede potest evadere, qui vestris paucorum respondeat laudibus. Suus *etiam genitivum cujusque admittit. Idem 2. de Offi. Id maximè decet, quod est cujusque suum maximè. Item 5. de Finib. Quoniam sua cujusque animantis natura est, necesse est quoque finem omnium hunc esse, ut natura expleatur.* LAVRENTIVS *etiam genitivum omnium addit, quem nondum cum possessivis legi, sed cum primitivis: nam illud Cic. 3. de Orat. Voluntati vestræ omnium parui: in omnibus libris legitur, Voluntati vestrum omnium parui. Sic Cic. in Cat. 1. Ad omnium vestrum vitam pertinet, non dixit vestram. Idem de Prov. Cons. Ac primum illud tempus familiaritatis ac consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ C. Varroni consobrino nostro, ab omnium nostrum adolescentia fuit, prætermitto.*

Genitivus Omnium primitivis jungitur.

Genitivꝰ participiorum mutatur in verbũ cũ relativo.

Quod ad genitivum participiorum attinet, cum oratores ferè in verbum cum relativo qui, quæ, quod mutant, Cic. Terent l. 14. Sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab iis me amari putabam, qui invidebant. Nam mea culpa putantis, durius erat. Quod idem sæpè faciunt poëtæ.

Ovid 3 de Pont.

Nec mea verba legis, qui sum summotus ad Istrum.

Terentius Andr.

Cum mihi placebat, tuus uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas.
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.

Significato genitivorũ priscorũ mis, tis, sis.

Diximus *meus, tuus, suus, cùm huc spectant, poni pro genitivis mis, tis, sis, ut studium tuum adolescentis, pro tis adolescentis, meum solius peccatum pro mis. Nam pronomina ego, tu, sui, ut nonnullis Grammaticis placet, priscis illis seculis, geminos genitivos habuerunt, Mis, Tis, Sis, qui actionem sive possessionem significabant, in quorum locum successerunt possessiva meus, tuus, suus: Mei verò, tui, sui passionem, Item numero multitudinis, nostrum, vestrum, qui actionem seu possessionem significabant, pro quibus multis locis utimur, derivativis Noster, Vester.*

Nostri verò & Vestri passionem. Genitivus Sui pluralis numeri una tantùm terminatione fuit contentus, qui passionem significat, cujus loco utimur derivativo Suus, cùm actio seu possessio significatur, ut Viri sapientes non fidunt suæ ipsorũ pru-

dentiæ

tiæ. Gigantes suis ipsorum viribus freti immania facinora commiserunt. Non, sui ipsorum prudentiæ, viribus. Hæc illi. DICAM *etiam ego si tibi molestum non est, quod sentio, Mis, Tis, Sis, dandi casum vel ablativum suspicor fuisse apud priscos pro meis, tuis, suis, duabus vocalibus in unam coëuntibus, quemadmodum sas pro suas:* Mis, Tis, Sis, quid sint.

Ennius apud Festum.

Virgines nam sibi quisq; domi Romanus habet sas.

Idem.

Postquam lumina sis oculis bonus Ancus relinquit.

Sas, inquit Festus, pro suas, & sis pro suis. Si Donatus, Servius, Priscianus, qui nobis genitivos Mis, Tis, reliquerunt, legissent hunc locum Ennij, dixissent procul dubio etiam genitivum Sis fuisse apud veteres, quod Priscianus negat l. 13. his verbis, Sui, quod debuit secundum analogiam esse sui, vel sis, dubitationis causa; ne verbum esse putaretur, recusaverunt proferre. Donatus, Servius cùm declinant pronomina, mei vel mis, tui vel tis, solent dicere, nullam de, sis, facientes mentionem. Diomedes Grammaticorum (ut creditur) Coryphæus, mis, tis, sis, prorsus omisit, neq; apud Varronem, Gellium, aut alium ex veteribus quod meminerim, de his genitivis ulla fit mentio. Nota.

Illud Plaut. Pœn:

-- da diem hunc Sospitem quæso rebus mis agundis.

in li-

in libris correctissimis meis legitur. ILLUD Ennij, quod affert Priscianus, Ingens cura mis cum concordibus æqui parare: Laurentius, Ingens cura mis est concordibus æqui parare: Credo legendum esse. Ingens cura meis est concordib. æqui parare: sic enim constat versus extrita littera S, deinde vocali præcedente elisa more prisco sic, Ingens

Nota. cura me est concordibus æqui parare. NE longius, Genitivi, Mei, Tui, Sui, apud vetustissimos tum passionem, tum actionem significabant: loquebantur enim more Græcorum, Pater mei, tui, sui pro meus, tuus, suus, quæ nondum inventa erant quibus inventis exolevit illa prisca elocutio pater mei, labor mei: in cujus locum successit hæc, Pater meus, labor meus: sed de hac re paulò pòst accuratius. QUOD ad genitivos multitudinis attinet, suspicor priscos illos Romanos, primò Nostrorum, Vestrorum dixisse, nam hic exitus est omnium secundæ inflexionis.

Plautus Mostel:

Verum illuc esse maxima pars verstorū intelligi
Quibus anus domi sunt uxores, quæ nos do te
meruerunt.

Vestrorum pro Vestrum positum est, ut Apollinaris docet apud Gellium lib. 2. cap. 5. Deinde concisa dictione arbitror fecisse nostrum, vestrum, unde quidam nota circumflexi toni ultimas insigniunt, quibus veteres, passivè, activè, ac possessivè usi sunt: unde Gracchus, Misereri vestrum dixit.

dixit. Et Quadrigarius, Cai Mari ecquando te nostrum, & Reipublicæ miserebitur? Quæ ibidem apud Gellium invenies. POSTREMO *ab illis facti sunt genitivi Nostri, Vestri: sed inventis derivativis Noster, Vester, credo placuisse eruditiori seculo, ut Nostri & Vestri, infrequenti essent usu: Nostrum & Vestrum cum certis tantum dictionibus jungerentur, de quibus mox dicemus. Diomedes antiquitatis, scriptorumq; veterum bene peritus, in flectendis pronominibus, genitivos nostrum, vestrum posuit, non nostri, vestri: fortasse ut doceret hunc proprium esse genitivum, id quod Apollinaris etiam credidit, adeò ut affirmarit dicendum esse, Miserere nostrum, non nostri: quæ tamen in re ei seculum eruditius refragatur. Caper. in libello de Orthographia, Nostri inquit, nostrorum, nostrum, venit à Nos: Vestri, vestrorum, vestrum à Vos.*

GENITIVI MEI, TUI, SUI, NOSTRI, VESTRI.

VErba, Participia, & nomina adjectiva, quæ patrium casum postulant, genitivis Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri, gaudent.

Cicero Attico, Te oro ut quibus in rebus mei tui indigebunt, nostris miserijs ne desis. Lib. 3.

Idem pro Sab. Postb. Equitem Romanum veterem amicum

amicum suum, studiosum, amantem, observantem sui, labentem excepit. Idem in Catil. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui. Cæs. ad Cic. Nihil enim malo, quam & mei similem esse, & illos sui.

Orat: 4. Ad Attic. Lib. 9.

NOMINE *verborum intelliguntur etiam gerundia, & supina, si quando eorum usus inciderit, ut, Non est tempus obliviscendi vestri, nostri, non vestrum, nostrum* CUM *genitivus mei, tui, sui, nostri vestri, copulari possunt participia, ut Non sum oblitus tui absentis. Plancus Cic. lib. 10. Facultas optabilis tui præsentis si mihi esset, nunquam tuis consiliis discreparem. Cicer. Lentulo l. 1. Cognoscunt omnes tui præsentes, tui absentis amorem. Item cum gerundiis, ut vocant, adjectivis, ut Ignosce avia, non fuit mihi copia videndæ tui. Cic. Curioni l. 2. Hoc quidquid attigi, non fecit inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei* CUM *nominibus tam substantivis, quàm adjectivis negat Laurentius posse hos genitivos jungi, exceptis his unius, solius, ipsius, ut Tui unius non misereris. Unusquisq; sui ipsius curam gerit. Affert idem locum Terent: Heaut.*

Genitivi mei, tui, sui, nostri vestri, copulantur tam cum substantivis quàm adjectivis

Hem tot mei solius soliciti sunt causa?

Ubi in omnibus libris quot quidem viderim, mei solius, legitur. Certè non video cur non dicatur benè latinè.

Pudet me tui hominis vanissimi. Non te miseret mei miseri, & infelicis.

Sic Terent: Heaut:

atq; inopis nunc te miserescat mei.

QVOD si pronomen ambiguam orationem efficiat, mutetur loquendi ratio, qualis esset, Miserere mei famuli inopis, Peto à te, ut mihi miserrimo famulo subvenias. Sed in hoc loquendi genere ferè omittuntur hæc pronomina, sic: Here miserere famuli, Pater memineris filij. Non te miseret hujus calamitosi exulis.

EXCEPTIO.

INTEREST tamen, & Refert ablativos Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra sibi vendicarunt, quibus ablativis addi possunt genitivi Vnius, solius, ipsius, cæteriq; qui possessivis adduntur.

Ut, Mea unius interest, Tua solius refert. Nostra ipsorum interest vitia extirpare. Tuà rempublicam administrantis interest semper vigilare.

Hic *nulla veterum occurrunt testimonia: dicemus etiam, vestra paucorum interest cives conservare, quia Vestris paucorum laudibus legimus apud Brutum:* AT VESTRA, *seu nostra omnium interest bene vivere, tum dicam, cum apud idoneos autores legero genitivum Omnium possessivis junctum. Interim dicam, interest omnium nostrum rectè vivere. Refert omnium vestrum antè actæ vitæ rationem reddere.*

Sic qua locutione genitivus omnium à verbis refers,

refert, interest, regitur: at genitivi nostrum vestrum, à nomine Omnis, quod partitivum e Liv. 2. Bell. Maced. Macedonum ferè omnib ut manerent, persuasit. Plin. lib. 11. cap. 73. P cium omnibus serrati dentes. Qui verò intere nostra omnium dixerant; sequuti sunt Laurent um, qui apud Cicer. 3 de Orat. ut suprà diximu legit, voluntati vestræ omnium parvi: cùm in mnibus libris scriptum sit, Voluntati vestrum mnium parvi. Quo pacto frequentissimè loqu tur Cicero, ut mox dicemus. QVONIAM pau antè planum factum est, pronomina possessiva tu substantivi, tum adjectivi nominis genitivos a mittere, studium tuum adolescentis, pectus tuu hominis simplicis: quid igitur causæ est, cur meamus dicere, Interest tua Prætoris provin am à piratis defendere? Refert mea Consu Rempub. salvam & incolumem servare. SI t men oratio durior videretur, qualis maximè cùm propria adduntur, ut interest mea Anto discipulos in officio continere: vel omittant Propria, ut fecit Valer. Max lib 6 cap. 2. d Theodoro philosopho loquens, Mea quidem ni interest humine, an sublimè putrescam: Aut mittatur pronomen ipsum, quod fecit Cicero Tusc. Theodori quidem nihil interest humin an sublimè putrescat: ubi de se loquitur ipse Th odorus. DENIQVE si dicas, interest tua Cæsa victis ignoscere, grammaticè quidem, & mor

Græcoru

Græcorum loqueris, unde est illud D. Pauli ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, *salutatio mea, manu Pauli. Neque hoc solùm è græco sumptum est, ut Laurentius significat, sed ea, quæ supra ex Cicerone, Catone, Plinio & cæteris attulimus. Lege Budæi Comm. lingvæ græcæ, invenies nostros ab eis fuisse mutuatos hoc genus loquendi.* SED *ut ad rem redeam, elegantius dices, Tua ô Cæsar interest victis ignoscere. Si ad Grammaticorum normam nobis loquendum est, non ponuntur ablativi mea, tua, sua, nostra, vestra, pro genitivis mei, tui, sui, nostri, vestri: ut qui passionem significent, sed pro mis, tis, sis, nostrum, vestrum. Nam cùm dico, Interest mea Rempublicam gubernare, Mea actionem significat. Sed de his fortasse plus nimio.*

II. APPENDIX.

Nomina numeralia, partitiva, comparativa & superlativa genitivos Nostrum, Vestrum, exigunt.

Livius, Imperium summum Romæ habebit, Ab Vrbe 2.
qui vestrum primus ô juvenes osculum matri
tulerit. *Curtius, Nolo singulos vestrum excita-* Lib. 8.
re. Cicero ad Quintum Frat. Domus utriusque no- Lib. 2.
strum ædificatur egregiè Idem contra Rull. 2. Omnibus vobis aut majori vestrum parti. Maximus natu vestrum.

Nota. *Si nominibus, verbis, ac participiis, quæ genitivos, Nostri, & Vestri, antè admittebant, addantur numeralia, partitiva, comparativa, aut superlativa. Nostri, Vestri, in Nostrum, Vestrum migrabunt. Rectè dicitur, Sum memor vestri: adde singulorum utriusque, omnium, paucorum, multorum: necessariò dices, Sum memor vestrum singulorum, utriusque, omnium, paucorum, multorum, quia hæc, cùm sint numeralia, aut partitiva, genitivos nostrum, vestrum, non nostri, vestri postulant.* NAM *cùm dicimus, Sum memor vestrum, utriusque: genitivus utriusque à nomine Memor regitur: at genitivus pronominis Vestrum à partitivo Vterque. Vt enim dicimus, Vterque vestrum est doctus: Sum præceptor utriusque vestrum: Vtrique vestrum sum gratus: Vtrumque vestrum doceo: in quibus Vestrum semper regitur à partitivo: sic etiam dicimus, Sum memor vestrum utriusque. Sic misereor vestrum trium. Ego vestrum singulorum: Oblitus es nostrum paucorum. Indigeo vestrum omnium: Interest nostrum omnium te bene valere.* SIC *solet Cicero genitivo omnium adjungere Nostrum, Vestrum. Contra Rull. 2. Tunc contra hanc Romam communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma quæreretur. Idem in Catil. 4. Video Patres conscripti in me omnium vestrum ora, atque oculos conjectos esse. Idem ad Attic. 11. Vt jam omnium judicio constitutum esset, omnium vestrum bona, prædam esse illius victoriæ. Idem ad Cass. libro*

T

Tum ipsius causa gaudeo, tum me hercule etiam omnium nostrum. Idem de Orist. Vel quia est patria parens omnium nostrum.

PRONOMINA POST SUBSTANTIVA.

Possessiva Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, cohærent cum substantivis genere, numero, casu, cum possessio vel actio significatur.

Ut, Liber meus, ager tuus, studium nostrum, Labor vester.

GRÆCI, *cùm possessio vel actio significatur, ferme utuntur genitivis primitivorum* πατὴρ μου *pater mei, pro* πατὴρ ἐμὸς *pater meus.* πατὴρ ἡμῶν *pater nostrum, vel nostri, pro* πατὴρ ἡμέτερος *pater noster. Latini contra possessivis utuntur, cùm actio vel possessio significatur. Pater meus non mei: Pater noster, non nostrum aut nostri.* PRISCI *tamen Romani, antequam invenissent derivativa, videntur fuisse usi genitivis primitivorum, Græcorum more, cujus rei extant non obscura vestigia.* Prisci usi sunt genitivis primitivorũ pro derivativis.

Plautus Pseud.

Si ex te tacente fieri possum ego certior here,
Quæ miseriæ te tam miserè macerent,
Duorum labori ego hominum parsissem lubens
Mei rogandi, & tui respondedi mihi.

Mei, inquit Apollinaris apud Gellium lib 20. cap. 5.] non dixit Plautus ab eo quod Meus, sed ab eo quod est Ego. Itaque, inquit idem, si dicere velis patrem mei pro patrem meum, quo modo Græci τ͂ πατέρα μȣ dicunt, inusitatè quidem, sed rectè profectò, eaq; ratione dices, qua Plautus dixit labori meo: hæc ille. Cic. ad Attic. lib. 11. Quintus misit filium, non solùm sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Idem Lentulo lib 1. Is hac regia causa excepta, cæteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit Idem Curioni lib. 2. Eam rem unius tui studio me assequi posse confido. Budæus illud Cicer in Var. Civitatis salutem cum mea unius salute esse conjunctam, sic legit: Civitatis salutem cum unius mei salute esse conjunctam: ubi inquit, si enim mea scripsisset, legeretur mea unius, non unius mea. Quo loco significat Budæus, utendum nobis esse genitivis mei, tui, sui, cùm præcedunt nomina unius, solius: ut, Unius mei opera servata est respub. Solius tui studio maximos honores adeptus sum. Unius sui opera juravit Cic. Remp esse salvam Contra, si nomina sequantur, possessivis utendum esse, ut Mea unius opera servata est Resp. Tuo solius studio maximos honores adeptus sum. Sua unius opera juravit Cic. Rempub. esse liberatam. Livius 2. ab Vrb. Gratæ in vulgus leges fuêre, quas cùm solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset, tum deinde comitia coll-

ge subrogando habuit. Idem lib. 6. bell. Maced. Censuerunt ergo, quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia vovisset, eos vel de manubijs si quam pecuniam ad id reservasset, vel sua impense faceret. Idem lib. 4. dec. 5 Eum, qui de sua unius sententia gerat superbum videri magis, quàm sapientem. Hæc Livij loca idcirco attuli, quòd quidam vir alioqui doctus existimaverit, semper, Sui, utendum esse præcedente vel sequente nomine. Neque id quod modò ex Budæo diximus, semper est verum: nam Cic. ad Atticum lib. 11. cùm nomen præposuisset pronomini, nihilominus usus est possessivo, Solius enim meum peccatum corrigi non potest. Alia præterea, ut ad rem redeamus, sunt testimonia, ubi primitiva pro derivativis ponuntur. Idem 4. Philip. Frequententia vestrum incredibilis, concioque Quirites tanta, quanta meminisse non videor, & alacritatem mihi summam affert Reip. defendendæ, & spem recuperandæ libertatis. Idem pro Planc. Quare noli me ad contentionem vestrum revocare Latenensis. Ibidem, Possumus eripere orationi contentionem vestrum.

EXCEPTIO.

AT, si substantiva significent partem aliquam generalem corporis, sive animi, cujusmodi sunt pars, dimidium,

aliquid, genitivis primitivorum utemur:

Ut, Nullam partem mei amisi, hoc est non amisi manum pedem, memoriam. Amisisti
Lib. 5. ne quicquam tui? *Cicero de Fin Cui proposita est conservatio sui, necesse est huic partes quoque sui cariores esse, quò perfectiores sint.*

Terentius Adelph:

Tetigíne tui quicquam?
Lib. 7. c. 1. *Quintil. Minimam partem mei habent.*

APPENDIX.

SVbstantiva, quibus ambigua est significatio, ut caritas, amor, memoria, desiderium, cura, itemq; cætera, si possessionem, actionémve significent, possessivis adhærescunt.

Vt amor meus, desiderium meum, quo amo, desideróque.

Sin passionem significent, genitivos mei, tui sui, nostri, vestri, flagitant.

Lib. 7. *Ut*, Amor mei, desiderium mei quo amor de-
Lib. 1. siderórque. *Cicero Attico, Dionysium flagran-*
Lib. 10. *tem desiderio tui misi ad te. Idem ad eundem, Aviam tuam scito desiderio tui mortuam esse. Idē ad Planc. Me impulit tui caritas. Idē ad Quin-*

tum

tuum Fratrem, Nunc decedens, relinque, quæso, quam jucundissimam memoriam tui. Quintilianus, Postquam mei cura discesserat, Matrem, inquit, tibi per hæc merita commendo. Decl. 6.

Aliquando utrunque conjungitur.

Idem Attico, Nicias, te, ut debet, amat vehementerque tua sui memoria delectatur. *Idem Cornificio, Grata mihi est vehementer memoria nostri tua.* Lib. 14 Lib. 12.

ALIA *hujus generis leges, maximè apud Senecam de vita beata capite 9. Virtus est pretium sui. Ibid: cap. 5 Ignoratio sui, & cap. 10. Insolentia & nimia æstimatio sui. De Benef. lib 1 cap. 19. Antè des oportet mihi arbitrium mei, deinde beneficium.* Nota. NON *in omnibus tamen, quibus anceps est significatio, hoc observatur, nam crimen meum, vulnus meum, injuria mea, dicitur etiam mihi illata. Item imago mea, tua, sua, nostra, vestra, non solùm quæ possidetur, sed etiam quæ refert, & repræsentat.*

Plautus Menæch.

— tua est imago tam consimilis tibi, quàm potest.

Cic. pro Sext Rosc. Ut effictos mores nostros in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus Idem ad Luceium lib. *Nec minus enim est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse.*

Martialis lib. 2.

Et digna speculo fiat imago tua.

PRÆTEREA, *causa mea, tua, sua, nostra. Cicero ad Cassium lib. 15. Abesse te, mea causa molestè fero, tua gaudeo. Idem Tironi lib. 16. Non tam mea causa, quàm tua doleo te valere. Idem Attic. 8. Si me vellet sua, aut Reip. causa Luceriam venire. Sic apud Cic. frequenter. Papinianus causa mei, Ulpianus sui dixit. Malim cum Cicerone loqui.*

Terent. Phormion.

Nam neq; negligentia tua, neq; id odio feci tuo: pro tui.

Idem Heaut:

-- facilè scires, desiderio id fieri tuo: pro tui.

Apud Budæum Comment. linguæ græcæ, plura invenies hujus generis.

RECIPROCA SUI, SIBI, SE.

Reciproca sui, sibi, se vtimur, cùm tertia persona transit in se ipsam: ut Cæsar recordatur sui, indulget sibi, amat se, loquitur secum.

Lib. 5. *Cicero de Finibus. Eorum est hæc querela, qui sibi cari sunt, seseque diligunt.* Lib. 1. *Idem de Nat. deor. Ipse sibi displicet.*

RECIPROCARE, *ut inquit Varro lib. 6. de*

lingu

ngua latin. ab recipere fictum est, sive à proca-
, quod poscere quondam significabat: unde
rammatici reciproca pronomina appellarunt,
quòd ad eandem personam sese recipiant, unde
profecta sunt, eandemq́; reposcant. VTIMVR &
, sibi, se, cùm intercedit obliquus tertiæ perso-
, ad quem refertur reciprocum. Video homi-
m cædentem se flagris. Audio avum tuum non
compotem sui. Suspicor Ciceronem iniquo a-
no tulisse contemptum sui. Cic. in Catil. 4 Ha-
is ducem memorem vestri, oblitum sui. Cæsar
Cicer. Epist. 9. ad Att: Nihil enim malo,
àm & mei similem esse & illos sui. Quint. 6.
clam. Tu primo docuisti filium sibi non parce-

Unde dictum sit Reciprocum.

Nota.

REPERITVR interdum Reciprocum prono-
n positum pro Demonstrativo Is, Ipse.

Reciprocũ interdum ponitur pro Demonstrativo.

Lucanus libro 5.

-- quæ nox sibi proxima venit In somnis:

pro ei. Cic. 2 Philip. Non enim à te emit, sed
us quàm tu suum sibi venderes, ipse possedit.
neca ad Albinam de consolat. Ad tuum forme-
r arbitrium, multum sibi dederis, etiam si nihil
deris præter exemplum. Quod Budæus in Com-
nt. linguæ græcæ docet fieri more Græco-
m.

Et antecedente altero verbo: ut
arcellus te Cæsar precatur, ut miserearis
, ignoscas sibi, se in fidem tuam suscipias,
se hostem existimes. Cic. in Orat. Ne ipse

quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, se dimitterem. Idem pro Sex. Rosc. Hunc sibi
Lib.5. *animo scrupulum, qui se dies, noctésque stimu ac pungit, ut evellatis, postulat. Idem Atti Qui etiam à me petierit, ut secum & apud se sem quotidie.*

NOTA. *Utuntur aliquando scriptores, accedente tero verbo, demonstrativis pro reciprocis. Qui tilianus 3. Declamat. Neq; ignoravit, quæ ma rent eum pericula: eum pro se. Idem 1. Declam. Quapropter non petit, ut illum miserum putet nisi & innocens fuerit: pro se.*

RECIPROCUM
SVVS

Reciproco Suus, utimur, cùm tert persona transit in rem à se posse ssam: ut,

Cicero recordatur Tironis liberti sui, ind get liberis suis, defendit suos clientes, sc
Lib. 4. psit hanc epistolam manu sua. *Cic. in Ver.*
Lib. 2. *jebat multa sibi opus esse, multa canibus suis. Ide de Orat. Si feræ partus suos diligunt, qua nos liberos nostros indulgentia esse debemus.*

Suus Reciprocū cū obliquo tert: psoæ

Utimur etiam Suus, cùm additur alter obl quus tertiæ personæ, ad quem refertur possessio, Percussisti illum gladio suo. Relinquam legent bu

judicium suum. *Vidi Pompejum spoliatum ...amentis suis. Percontatus sum illum de regno ... Alloquutus sum Cæsarem ante domum suam. ...i columbam cum pullis suis, in nido suo, extra ...pe nidum suum.* Cepi *lupam & catulos eius: suos, quia intercedit conjunctio. Cicero de ...n. Scipion. Itaque ego illum de regno suo, ille de nostra Republica percontatus est.*

Terent. Adelph:

--suo sibi hunc gladio jugulo.

Cicero Attico lib. 6. Sed & tum præsens, & ...ea creberrimis litteris non destiti rogare, & ...ere meâ causâ suadere & hortari suâ: Vbi il..., vel eum subauditur, ad quod refertur pos...o. Lavrentivs *his locis potius, ejus, illius, ...s dixisset, maximè ubi intercedunt præposi...res nisi addatur nomen adjectivum, partici...m, aut verbum ad quæ referatur possessio, ut ...eni leonem iratum ob amissam prædam suam: ...eo columbam tristem in periculo suorum pul...m: Sentio hominem ambulantem per domum ...a: Scio illum dolere fortunam suam.* Si ...amen *oratio fuerit ambigua quod fit, cùm ... sunt personæ, & possessio ad secundo loco po...m refertur, tunc utemur genitivis eius, illius, ...is, ut Vulpes cepit gallinam cum pullis eius. ...erò possessio referatur ad primo loco positam, ..., utendum erit: ut Deus tuetur hominem ...ter clementiam suam.* Invenitvr

inter-

interdum suus pro eius, ipsius, illius. Cicer. Philip. Quod autem erat præsidium salutis, lib tatisq; vestræ, si C. Cæsaris fortissimorumq; sui tris militum exercitus non fuisset? Idem ad ticum libro 4. Memmius candidatus pactio in senatu recitavit, quam ipse suus competitor mitius cum Coss. fecisset.

Et accedente altero verbo: ut, Timet Pompejus, ne à suis veteranis des tur. Rogat te Cæsar, ut suas partes sequar

APPENDIX.

VTimur prætcrea Reciproco Su cùm res possessa in possessorem t sit.

Lib. 9. *Cicero Attico,* Vlciscentur illum mores sui *dem de Arusp. Sua concio risit hominem. I*

Lib. 10. *pro Sest. Hunc sui cives è civitate ejecerunt. I Attico, Indulsit illis quidem suus pater sempe*

CVM *Suus, est substantivum, nemo ferè lo jus utitur genitivis illius, ipsius, ejus: ut Re eum cum suis, sive inter suos. Cic. de Finib.*

NOTA. *Quæsivit salvus ne esset Clypeus: cùm salvu se flentes sui respondissent, rogavit, &c.* ITEM *ponitur pro Proprius: ut de hac re dixi suo Referam hæc omnia suis locis.*

PR

PRÆPOSITIONVM CONSTRUCTIO.

VERBA Absoluta & Intransitiva præpositionnm beneficio in casus transeunt.

ero de Orat: Cum etiam tum in lecto Crass- esset, & apud eum Sulpitius sederet, An- .us autem inambularet cum Cotta in por- , repente eò Quintus Catullus senex cum o Iulio fratre venit. Lib. 2.

Transitiva præter proprium casum, am præpositiones cum suis casibus nittunt.

ero de amicitia, Nihil est amabilius virtu- nihil quod magis alliciat homines ad di- ndum: quippe cùm propter virtutem, & bitatem eos etiam, quos nunquam vidi- s, quodam modo diligamus.

Verba composita sæpe casum præ- sitionis habent.

. de Finib Cur ipse Pythagoras, & Ægy- m lustravit, & Persarum Magos adijt? *I-* Lib. 8. *ad Quintum Fratrem. Cùm subitò bonus Im- tor noctè urbem hostium invasisset, in senatum mmittebat.* Lib. 2.

Et repetita præpositione.

Idem.

Lib. 3. Philip. 11. *Idem in Verr.* Cæteri hæredes adeunt ad rem. *Idem in Antonium, In Galliam inv Antonius, in Asiam Dolabella in alienam u que provinciam.*

Hanc repetitionem amant mu verba composita ex præpositionibus Ab, Ad, Con, E, Ex, In.

Lib. 3. *Idem de Amicitia,* Tu velim à me animu parumper avertas, Lælium loqui ipsum pu *Idem ad Quintum Fratrem, Abduco equiden ab omni Reip. cura.*

Verba repetentia præpositionem. CICERO *ferè Invadendi verbo utitur re præpositione. Aspirandi verbi elegan usus cùm conatum quendam contentionemq liquò perveniendi, atque alicujus rei adipisc adsignificat, effertúrque negatione, aut interr tione. Cic. in Brut. Ex bellica laude nemo rare ad Africanum potest. Idem 5. Tuscula mnes aditus tuos interclusi, ut ad me aspir non posses. Idem 3. Verr. Quid enim ad m pecuniam, me invito, aspirat? Ibidem 4. Q do homo tanta desidia, nisi Februario mense rabit in Curiam? Cæterorum exempla cre pud idoneos autores reperiuntur. Cicero 2. Itaque se alij ad philosophiam, alij ad jus civi lij ad Eloquentiam applicant. Idem pro S Agedum conferte nunc cum illius vita, vit Syllæ. Sic consentio, comparo, congruo, co*

con

vivo Idem in Pisonem, Suum quemque scelus sanitate, ac mente deturbat Sic detraho, dedo, deijcio, depello, Idem de Invent. Alteriorum, qui sine nummis erat, gladium propter ositum è vagina eduxit. EIVSDEM generis egredior, eijcio, emergo, emigro, emineo, eco, evoco, evolo. Idem pro Milon. Hæc tanta us ex hac vrbe expelletur, exterminabitur, etur? Sic exeo, excedo, exturbo Idem in Ca-4. in foveam quoniam incidit bellua, obrua- Sic incurro, inijcio, ingredior, intueor, in- &c. quæ motum ad significant. REPETITVR ra In: cùm quies significatur. Idem de A- Digni sunt amicitia, quibus in ipsis inest cau- ur diligantur. Idem pro Deiot. In exulcerato no facilè fictum crimen insidet. Nonnulla ex m dativum postulant, quemadmodum suo loco um est.

CASUS PRÆSOSITIONUM.

ACCusativo serviunt Ad, Apud, Ante, Adversùs, vel Adversùm, Cis, ra, Circiter, Circa, Circùm, Contra a, Extra, Intra, Inter, Infrà, Iuxta, , Penes, Per, Pone, Post, Prope, Pro- r, præter, Secundùm, Supra, Secus, ns, Vltra, Versus, Vsque.

Cicero

Lib. 12. *Cicer. in Brut.* In pratulo prope Platonis [illegible]
Lib. 4. am consedimus. *Idem Attico, Secundùm nihil est mihi amicius solitudine. Idem in V. Erant acceptæ pecuniæ à Caio Verrutio sic tamen ut usque alterum R, litteræ constarent integ[ræ], liquæ omnes essent in litura.*

VARIUM *usum significationemque præp[ositio]num, audiendis, legendisque veterum [scriptis] discent paulatim adolescentes, quæ si in lo[cum u]num congerantur, molestiam, tædiumque aff[erent].* Ex ADVERSUS *reperitur apud Ciceronem [lib. 1] de Divin. Ara, inquit, Aio loquenti, qua[m sep]tam videmus ex adversus eum locum, co[nsecra]ta est.*

VERSUS.

Versus suo Casui postponitur.

Lib. 16. *Cicer. Attic.* Verti me à Minturnis A[rpi]-
Lib. 4. num versus. *Sulp. Cicer. Ex Asia rediens, ab Ægina Megaram versus navigarem, co[epi re]giones circum circa prospicere.*

VERSUS *à cæterarum præpositionum natura [dis]sidet: sunt enim dictæ præpositiones, quod ca[eteris] partibus præponantur. Præponitur huic præp[ositio]ni interdum Ad. Liv. 1 ab Vrb. In lapide ad [me]ridiem versus consedit.*

Ablativo gaudent A, Ab, Abs, A[bs]que, Cum, Coram, Clam, De, E, Ex P[ro], Præ, Procul, Palam, Sine,

Cicero in Pisonem, Mihi verò ipsi coram genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es? Idem Attico, Paulo etiam ijs eam vidi.

Terent: Heaut:

-- *præ iracundia Menedeme non sum apud me.* Lib. 15.

Livius, Rem creditori palàm populo solvit. Idem Ab Vrbe. 2.
Haud procul occasu solis redeundi in castra tempus erat. Bell. Mac. 7

PALAM *sæpe in oratione Cicer. in Salustium reperitur. An turpius est Patres conscripti scribentem mentiri, quàm illum palàm hoc ordine dicentem? Et palàm universis recitare: Et postposita, quod si quippiam eorum falsum est, his palàm refelle.* PROCUL *frequentißimè ablativum habet. Livius 7 bell. Maced. Haud procul Seleuci castris ad caput Cayci annis stativa habuit. Ibidem, Porta egressus haud procul statione hostium occasionem oppertens consìdit. Et postposita, apud Ciceronem ad Trebat. lib. 7.*

Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patria procul.

Hanc præpositionem nondum cum accusativo legi, nam illud Liv. lib. 7 bell. Punic. Sed locus procul muros satis æquus agendis vineis fuit, ita & cæter. corruptè legitur muros, pro muro. Item apud Plinium lib 6. cap. 53. Pausilypum villa est Campaniæ haud procul Neapoli: ablativus est. Citatur & Curtius, sed incerto libro, suspicor lo-

Clam cũ Accusativo apud veteres.

cum mendosum esse. CLAM, *& cum accusandi casu jungitur.* *Cicero in Salust.* *Timen ne facinora eius clam vos essent.* *Apud veteres frequentius.* *Plautus Cas.* *Bona multa facian clam meam uxorem.*

TENVS.

TEnus, quemadmodum versus, post ponitur, atque ferè patrium casum desiderat, si nomen sit multitudinis.

Lib. 8. *Cicero in Arato.* -- & Cepheus conditur an Lumborum tenus. *Cal. Cicer.* *Rumores illi a comitijs Cumarum tenus caluerunt.* Sin singulare sit nomen, ablativo gaudet *Livius*, Ad- Bell: Pun: 6. nudaverat vada, ut alibi vmbilico tenus aq esset, alibi genua vix superaret.

Tenus cũ Ablativo etiam multitudinis.

TENVS *nonnunquam cum ablativo copulatur etiam cum nomen plurale est.* *Cels. lib. 1. cap.* *Huic abunde est, loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam.*

A, AB, ABS.

A, consonantibus præponitur.

Philip. 3. *Cicero in Antonium,* Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur.

Ab, vocalibus.

Lib. 1. *Idem Attico,* Cura, & effice, ut ab omnibus & laudemur & amemur.

Et n

Et nonnullis consonantibus.

dem pro Cluen. Ab nullo ille liberalius, quàm luentio tractatus est. *Idem Attico, Rex ab enatu appellatus est.* Lib. 5.

Præcipue L, R, & I.

t Ab Legatis, Ab Romanis, ab Iove.

Abs T. & interdum Q

erentius Andr.: O Dave, itane contemnor s te? *Idem Adelph. Abs quivis homine benefi-um accipere gratum est*

HISTORICI *præcipuè Livius, liberius utuntur æpositione Ab: Ab classe, ab Carthagine, ab elio, ab Dictatore, ab Numa, ab Gallis, ab Ser-o, ab Samnitibus, ab Tarquinijs, ab tergo.*

IN, SVB, SVPER.

N, Sub, Super, modò accusativum, modo ablativum pro varia significatione postulant.

In, cum verbis motus accusativum amat.

icero in Catil. Egredere ex urbe Catilina, in xilium proficiscere. Invect. 1.

Item pro erga, contra, ad, pro, per: vt, tus fuit pius in patriam, crudelis in libeos. *Olera, & pisciculos minutos fero obolo in cœm. Commodavi tibi in librum in horam, diem,*

mensem, annum. Cicero in Catil. Crescit in dies
Invect. 1. *singulos hostium numerus.*

Cùm verò quies, aut aliquid fieri in loco significatur, ablativo gaudet.

Lib. 12. *Ut*, Sum in templo, deambulo in foro. *Idem ad Atticum, In hac solitudine careo omnium colloquio.*

Et cùm ponitur pro inter.

Cicero de Amicitia, Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

SVB.

SVB ferè accusandi casum postula pro Circiter, Per, Paulò antè: denic cùm tempus adsignificat.

Bell. Civ. 1. *Ut*, Sub vesperum, sub noctem, sub lucis o
Bell. Pun. 2 tum, sub idem tempus hæc gesta sunt. C*sar, Pompeius sub noctem naves solvit. Livi Sub equestris finem certaminis, coorta est peditu pugna.*

Item pro post:

Lib. 10. *Cicero pro Planco*, Sub eas litteras statim reci tæ sunt tuæ.

Et cùm verbis motus.

Ut. Clodius se sub scalas tabernæ librar conjecit. Nix sub aspectum & tactum ca

Cu

Cum verbis quietis ablativum petit. *Ut*, Consedimus sub umbra platani. Sub nomine pacis bellum latet.

SUPER.

SUper, accusativo servit cùm præpositione Subter contraria est, maximè cùm motus significatur: ut,

Sedeo super saxum. Tegula cecidit super caput.

Item cùm significat Inter; ut,

Super cœnam occisus est.

Præter: ut,

Super cætera scelera hoc etiam facinus commisisti.

Ultra; ut,

Erant super mille imperatores imperante Augusto.

Ablativo adjungitur, cùm pro De, ponitur; ut,

Cic. Att. Hac super re scribam ad te Rhegio. Lib. 16.

Et interdum cum verbo quietis maximè apud poëtas.

Virgilius Eclog. 1.

Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte. Fronte super viridi.

Varius usus præpositionum In, Sub, Super.

MVLTO *latius patet harum trium præpositio*
num usus, nam dicimus vivere in diem, id est
præsentis diei tantùm rationem habere: scriber
Epigramma in aliquem: quòd modò laudem
modo vituperationem adsignificat. Hæc in re
tuam sunt, hoc est, utilia. Sub specie pacis, su
umbra fœderis, id est prætextu pacis. Sub pœn
mortis, Sub hasta, sub corona venire. Suetoni
in Claud: Cæsa. cap. 43. & in Nerone Claudi
cap. 54. Sub exitu vita dixit, pro sub exitum.
SVPER *frequentissimè cum verbis quietis acc*
sativo servit. Cicer 2 de Leg. Demetrius sup
terræ tumulum noluit quicquam statui, nisi Col
mellam. Idem 2 de Finib. Et velle imprudent
super eam assidere. SVPER *pro Ultra præcip*
reperitur apud Suetonium in August capite 3
Ordinem Senatorium affluentem deformi, & i
condita turba, erant enim super mille, &c. ad n
dum pristinum, & splendorem redegit. Et in Ju
Cæsar. cap 34 Veteranis legionibus prædæ nom
in pedites singulos super bina sestertia dedit.
PRO *Præter. Idem in Claud Cæs capite*
Quam cùm comperisset super cætera flagitia, a
dedecora, Caio Servilio etiam nupsisse supplicio
fecit.
PONITVR *& pro Inter. Plinius ad Semproni*
Rufum libr. 4. De huius nequitia, sanguinarij
sententijs in commune omnes super cœnam
quebantur. Neque Peracta cœna significat
vu

vulgò loquimur, sed inter cœnam, ut solet Cicero loqui ad Quintum Fratrem lib 3 Hoc inter cœnam Tironi dictavi, ne mirere alia manu esse, & inter scyphos. Treb lib 7. Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram, &c. Curtius lib. 7. Super mensam: & 8. Super vinum & epulas dixit. Suetonius in Tiber. cap 53 Inter cœnam.

SVBTER.

Subter, ferme accusandi casum poscit sive quietis, seu motus verbis adjungatur.

Cicero 1. Tusc. Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit.

INTERDUM, apud Poëtas potissimum, ablativũ habet. Virgil. l. 8.

-- cum tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus.

PRÆPOSITIO VERSA IN ADVERBIUM

Præpositio, cùm casu privatur, in adverbium migrat.

Cicero Attico, Tu adventare, ac propè adesse iam debes Idem pro Flac Multis pòst annis pecunia recuperata est Idem de Natura Deorum, sensibus, & animo ea, quæ extrà sunt, percipimus Lib. 4. Lib. 2.

Prępositiones transeuntes in adverbia.

Hvivs generis sunt Antè, Contrà, Circà, Circùm, Circiter, Extrà, Intrà, Infrà, Post, Propè, Ponè, Vltrà, Vsque, & nonnulla alia. Cicero Attico 14. Id ipsum quod me mones, quatriduo ante ad eum scripseram: exempla passim sese ipsa intrudunt.

PRÆPOSITIONES ALIIS PRÆPOSITIONIBUS PRÆPOSITÆ.

PRæpositiones nõnunquam aliis præpositionibus præponuntur.

Lib. 3. *Cicero ad Atticum,* Ibi esse volo usque ad pridie Kalendas Maias. *Idem ad eundem,*

Lib. 1. *De Fratre nuntij nobis tristes, nec varijs venerunt ante diem Nonas Junias, usque ad pridie Kalendas Septembris.*

Vsque tamen ferè alteram præpositionem desiderat.

Lib. 7. *Idem in Verr.* Maximis in laudibus usq; ad summam senectutem summa cum gloria vixit. *Cicero de Natura Deorum, Vsque à Thalete enumerasti sententias Philosophorum.*

Nisi præponatur nominibus oppidorum.

Lib. 6. *Idem in eundem,* Sacerdotes usque Ennam profecti sunt. *Terent. Adelph.*

-- Miletum usque obsecro?

Idem Eunuch. Lib. 1.

Ex Æthiopia usque huc.

VSQVE *aliquando etiam cum proprijs oppido-rum nominibus præponitur, alteram præpositionem admittit.* Cicero pro Dejot: *Cui magnificentissima dona usque Numantiam misit.* *Alia his similia exempla invenies.* Cicero Attico lib. 2. *Comitia Bibulus in Archilochio edicto in ante diem Kalend. ... imum quintum Novemb distulit.*

Vsque cũ proprijs oppidorũ alteram admittit præpositionem.

Terent. Adelph.

--Ex adversum est fabrica.

Plin. lib. 11 cap. 16 *Gignitur id maximè Arcturi exortu à pridie Idus Septembris.* Livius 1. ab Urbe, *In lapide ad meridiem versus consedit.* Cic. 7 Verr. *At cùm in Italia bellum tam prope à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit.* Laurentius ... præpositiones adverbia fieri, cùm alijs præpositionibus adduntur. Donatus 2 editione, *Præpositio, inquit, separatim adverbijs non applicatur, quamvis legerimus desursum, desubito, deinde, & exinde, abusque & dehinc, sed hæc tanquam unam partem orationis sub uno accentu pronuntiabimus,* Nonius tamen Marcellus DE DOCTORVM INDAGINE, *ita inquit, Omnes artem ... negant adverbijs præpositionem addi oportere, sed autoritas veterum præponi jubet.* Cicero de Republica lib. 6 *Cum eis, ut meministis, concursu levissimæ multitudinis, ære congesto funus ... esset ornatum.*

Nota.

CONSTRUCTIO ADVERBII.

NOMINATIVUS POST ADVERBIUM.

En, Ecce, nominandi, seu accusa[ndi] casum admittunt.

Cicero pro Dejot. En crimen, en causa.

Plautus Amphit:

En tectum, en tegulas, en obductas fores [Ci]*cero in Verrem, Ecce nova turba, atque rixa* [I]*dem de Finibus, Ecce miserum hominem, si a*[...] *summum malum est.*

Lib. 16. Lib. 2.

En, tum exprobrando, tum indicando, utrum[que] *casum admittit: Indicando.*

Virgilius l. 2. Æneid.

En Priamus.

Idem in Daph.

...en quatuor aras.

Plaut. Amphit:

En tegulas. *Exprobrando.*

Cicero pro Dejot: En crimen, en causa, cur re[...] *fugitivus, dominum servus accuset? Sene*[ca] *Agamemn. Act. 2. En Paridis hostem* APUD [...] *tores tamen nondum legi, quod meminerim* [...] *cum accusativo, indicando, seu exprobrando.* [...] *ce cum accusativo sæpe reperi.*

Tere[nt.]

Terent. Adelph: Act: 5. scen: 5

Ecce me, qui id faciam vobis.

Plautus Pers.

Ecce me, nunquid moror?

Idem Menæch.

Prandi in navi, inde huc sum egressus, te conveni, ecce rem.

PONITUR & *dativus tibi, non sine lepóre:* … *ad Attic. l. 2. Cùm hæc maximè scriberem,* … *tibi Sebosus. Idem 3 de Offic. Ecce tibi, qui* … *populi Romani, dominusque omnium gentium* … *concupierit.* Ecce Dativus etiam apponitur.

GENITIVUS POST ADVERBIUM.

SAtis, abundè, affatim, parùm, instar, partim, ergò, pro causa, genitivum …am post [illegible]ant.

…rent. *Phorm:* Satis iam verborum est. *Cicero de Clar. Plato mihi unus est omnium.* …*ius, Victoriæ navalis ergò, in unum diem supplicatio decreta est.* Bell: Mac.

QUINTILIANUS *pro Gladiat: Satis abundéque* …*arum est.*

Plautus Bacch:

Tibi divitiarum affatim est.

…*est. in Catil.: Satis eloquentiæ, sapientiæ parum.*

…TAR *æquiparationem mensuramque significat*

Cicero.

Cicer. Attic. 10. Ea verò epistola, quæ volu
nis instar erat, sæpe legenda, sicuti facio. Ite
militudinem, effigiemq;. Plinius lib. 11. ca
Ruentes ceras fulciunt pilarum instar. Gell
10. cap. 13. Partim hominum venerunt, pler
dicitur, quod significat, Pars hominum ven
est, Quidam homines, Nam partim hoc i
adverbium est, neq; in casus inclinatur, H
le, & alia eodem capite. HÆC *adverbia*
omnia partes nominativi agunt. Cic. 2. de
Sed eorum partim in pompa, partim in acie,
stres esse voluerunt. PONVNTVR *& accus*
loco. Idem in Pisonem, Cùm partim eius p
profundæ libidines devorassent. Idem 1. in
Ut ad dicendum temporis satis habere possim.
ton. in C. Cæsar. Se jam pridem potentiæ, gl
abundè adeptum. Multum, paulum, ta
quantum, & cætera hujus generis, inter nomi
substantiva relata sunt.

Adverbia quædā agunt partes Nominativi. Item Accusativi.

ADVERBIA SVPERLA- TIVA.

ITem adverbia superlativa à nomi
bus orta.
Cicero de Clar. Maximè omnium nobil
græcis litteris studuit. *Idem ibidem, Sæ*
audio illum omnium ferè oratorum latinè l
legantissimè.

ADVE

ADVERBIA LOCI.

VBi, ubinam, ubicunq; ubivis, quovis, quoquò, nusquam, genitivos rrarum, Gentium, eleganter admit-t.

er. Attico. Quid ageres, ubi terrarum esses uspicabar quidem. Terent. Adelph. Lib. 5.

-- fratrem nusquam invenio gentium.

itur & longè gentium.

ro Attico, Tu longè gentium abes. Lib. 5.

Huc spectant adverbia, Eò, Huc.

ius, Eò consuetudinis adducta res erat, ut Bel:Pú:5.
cunque noctis tempore sibilo dedisset si-
m, porta aperiretur: *Seneca*, *Eò scelerum* Lib. 5. Cōt:
ventum est, ut parricidæ pater adsit. Curtius Lib. 6.
*enim malorum ventum est, ut verba mea e-
m tempore & Alexandro excusem, & Anti-
ni.*

Plautus Asin.

Perij ego oppidò nisi Libanum invenio, jam ubi est gentium.

er. 1. Catil. O Dij immortales ubinam gentium sumus? Idem 2. Philip. Qui ubicunq; terrarum sunt, ibi est omne Reipub. præsidium.

Terent: Hecyr.

ui quantò fuerat præstabilius ubivis gentium agere ætatem.

Idem.

Idem Heaut:

Abeat potius quovis gentium.

Plautus Mercat

Mens mihi illam quærere, quoquo hinc ab-
ƈta est gentium.

Curt. lib. 5. Sed eo rerum ventum erat, ut ja[m] periculosum esset non credere suis, quam decipi.

PRIDIE, ET POSTRI-DIE.

PRidie, & postridie & genitivum, accusativum casum petunt.

Cic. Attic. Pridie eius diei venit *Idem* Lib. 11.
pro, Pridie nonas Junij cùm essem Brundusij, Lib. 3.
Cæsar. Postridie eius diei, Cæsar præsidio ut[i] Bell: Gal: 1.
castris, quod satis esse visum est, reliquit. C[ic.] Lib.16.
Attic Postridie ludos Apollinares

Adverbiũ Tunc rarò admittit genitivum temporis.

ADVERBIVM *Tunc, genitivum tempori[s] admittit, qui tamen rarò apud idoneos reperi[tur].* *Justin lib. 1. Sed de gente obscura tunc tem[poris] Persarum regi Cambysi, mediocri viro, &c.*

DATIVVS POST AD-VERBIUM.

QVædam dandi casum petunt [nomina]re eorum unde deducuntur [ut] Congruenter, convenienteq; na[turæ]

vere: dicere convenienter rationi.
viam alicui ire, procedere, prodire.
Nam congruens, conveniens, obvi-
dativo gaudent.

ero de Finibus, Non quaero, quid dicat, si quid venienter rationi possit, & sententiae suae dicere. Lib. 2.
m, Caesari ex Hispania redeunti obviam lon- Philip. 2.
imè processisti, Plinius, Patroni sapientiae anti- Lib. 7 c. 30.
Dionysius vittatam navem misit obviam.

ACCVSATIVVS POST ADVERBIVM.

Ropius, proximè, accusandi casum
xigunt.

Epist. ad Octa. Cur castra longius adver-
orum castris, & propius vrbem moven-
? *Idem in M. Anton. Brutus operam dat, ut* Philip. 10
suis copijs quam proximè Italiam sit.

Haec duo casum praepositionis habent, unde ecta sunt. Livius 2. ab Urbe, Invenio apud dam, idq; propius fidem est, &c. Illud *verò dem l. 4 Capuamq; ab duce eorum Capye, vel propius verò est, è campestri agro appellatam: en est, nam propior, & Propius dativum ha- Idem 3 bell. Pun Fama tenuit, quae propior est, haud plus fuisse modio.* Jungitur *Pro-*

pius

Propius cum præpositione A.

pius aliquando cum præpositione A, Cicero 1.
Nat. Stellæ altiæ propius a terris moventur,
remotius. Senec. Epist. 121. Quotidie prop
ultimo stamus. In illo Virgilij 1. Georg.

--propius stabulis armenta tenerent:

NOTA. *videtur desiderari præpositio A. Diomedes e*
mat esse dandi casum, & fortasse rectè: n
Propior, & Propius, & Proximus dativum p
nemini mirum videri debet, si inde facta
bia Propiùs & Proximè eundem casum sibi
dicent. CVM *tamen hæc duo cum verbo*
DENDI *junguntur, cujusmodi sunt illa Ci*
loca, 1. de Nat. Ad similitudinem enim D
pius accedebat humana virtus, quàm figu
ad Brut. lib. 11. Ego huic tuæ virtuti prox
cedo: casus potius a verbo, quàm ab adverb
det, nam sine ipsis eosdem habet. Idem 5.
Si tibi ad aurem accessisset, & dixisset. Ap
dictitare, te sibi esse socium. Livius 4. belli
Accedere mœnibus. Cicer. in Pison. Non
accedere ad ludos.

ABHINC.

ABhinc, verbis præteriti tem
junctum accusativum seu ab
vum postulat.

Lib. 4. *Cicer. in Verr.* Horum pater abhinc
viginti annos est mortuus. *Idem pro*

Quo tempore? Abhinc annis quindecim.

Nondum hoc adverbium cum verbis futuri temporis copulatum reperi aud idoneos autores.

ABLATIVUS POST ADVERBIUM.

Comparativa Ablativo gaudent.

ic. 2. Invent. Lacryma nihil citius arescit. *dem ad Ciceronem, Nemo est, qui tibi sapientius adere possit te ipso. Terent Hecyr. Dies trigin-, aut plus eo in navi fui. Idem Heaut. -- annos xaginta natus est, aut plus eo, ut conjicio. Plini-, Minùs quinquennio est quod prodiêre, quæ vo-unt laurea, non ingratæ amaritudinis.* Lib. 2. Lib. 15. c. 15.

PLUS, *ampliùs, minus, modò ablativum ha-ent, ut docent allata exempla, modò sine casu po-untur, sed subauditur conjunctio Quam.* Plus, amplius, minus absolute ponuntur.

Terentius Adelph.

omini misero plus quingentos colaphos infregit. æsar l. 4. bell. Gall. Quum ipsi non amplius quin-ntos equites haberent. Idem 3. bell. Civil. In prælio non amplius ducentos milites desideravit ec enim accusandi casus ab adverbijs reguntur l à verbis Infregit, Haberent, Desideravit. VI-NTUR & *nominandi casus cum his adverbijs gi, cùm à verbis pendeant. Cæsar 7. belli Gall.*

Eo die milites sunt minus septingenti desiderati.
Idem lib. 5. ejusdem belli Gall. *Naves amplius*
octingentæ uno erat visæ tempore. ILLVD *Livij,*
Paulò plus viginti millium alius exercitus fuit: ea
forma loquendi videtur dictum esse, qua illud e-
jusdem lib. 7. belli Maced. *Regia classis septem*
& triginta majoris formæ navium erat. *Ibidem,*
hostium classis unde nonaginta navium fuit. *Qua-*
re non video, cur ablativus, Numero, subaudien-
dus sit. CVM *eisdem adverbijs jungitur accusati-*
vus ac ablativus casus, mensuram significantes, ne-
que ab ipsis reguntur, sed casus sunt communes. Vi-
tru: Ita à pariete distent, ut ne plus pateant pal-
mum. *Idem Ne plus pedes binos distent.* *Liv*
de bell. Maced: *Aberat eorum acies paulò plu*
quingentos passus. *Idem de bell. Pun.* *Nunquam*
vix minus quatuor pedes alta jacuit. Cæs. Millibu
amplius quingentis in locum patent.

Cũ plus, amplius, minus, jũgũtur accusativus vel ablativus mensuræ.

ADVERBIA LOCI.

ADverbia, quibus interrogamus, sun
hæc, Vbi, unde, quò, quorsum.

HIC, ISTIS, ILLIC, ET CÆTERA.

AD interrogationem Vbi reddunt
hæc, Hic, istic, illic, ibi, inibi, ibide
ali

alibi, alicubi, ubique, utrobiq;, ubilibet, ubivis, ubicunque, passim, vulgo, intus, foris, nusquam, longè, peregrè.

Item, suprà, subtèr, infrà, antè, post, extrà, cùm fiunt adverbia.

Cicero ad Torquatum, Nemo est, quin ubivis, quàm ibi, ubi est, esse malit. Lib. 6.

Hæc dicuntur adverbia in loco, seu quæ referuntur ad quietem: quibus Nuncubi, necubi. sicubi, ubiubi, uspiamus, usquã addi possunt, quæ quamvis ad quietem referantur, tamen ad Vbi non redduntur. Cicer. 1. de Leg. Sive est illa lex scripta uspiam, sive usquam. Idem 2. Offic. Nec est usquam consilio, aut autoritati locus.

HINC, ISTINC, ET CÆTERA.

AD Vndè redduntur hæc, Hinc, istinc, illinc, inde, indidem, aliunde, undelibet, undevis, undique, undecunque, undequaque, alicunde, utrinque, eminus, cominus, supernè, infernè, peregrè, intus, foris.

Ter. Heaut. Vide, ne quò hinc abeas longius.

Hæc appellantur adverbia de loco seu quæ referuntur ad motum è loco: quibus accedunt Si-

cunde, necunde, vndeunde, intrinsecus, forinsecus, extrinsecus, funditus, radicitus, stirpitus.

HUC, ISTUC, ET CÆTERA.

AD Quò redduntur hæc, Hùc, istùc, illuc, eò, eòdem, illò, aliquò, aliò, neutrò, utroque, quoquò, quocunque quovis, quolibet, intrô, foras, peregrè, longè, nusquam.

Terent. Hecyr. Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuntia.

Hæc appellantur adverbia ad locum, sive quæ ad motum ad locum referuntur: quibus adjungi possunt, siquò nequò quopiam, usquam. Cicero 1. Philip. Nec verò vsquam discedebam.

HAC, ISTAC, ET CÆTERA.

AD Quà redduntur hæc, Hàc, istàc, illàc, aliquà, qualibèt, quacunq;.

Terent. Eunuch. Plenus sum rimarum, hàc illàc perfluo.

Hæc vocantur adverbia per locum, sive quæ referuntur ad motum per locum: quibus, siquà, nequà, addi possunt.

HOR-

HORSUM, ISTORSUM, ET CÆTERA.

AD Quorſum, id eſt, quem locum verſus, redduntur hæc, Horſum, Iſtorſum, illorſum, aliorſum, deorſum, ſurſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, lævorſum, prorſum, rurſum, introrſum vel introrſus, retrorſum, vel retrorſus, quoquoverſum, vel quoquoverſus.

Terent Phorm. Horſum pergunt. *Idem ibidem. Sex ego te totos. Parmeno. hos menſes quietum reddam, ne ſurſum, deorſum curſites.*

UT, PRO POSTQUAM, QUOMODO.

VT pro Poſtquam, Indicativum petit. *Cicero Attic.* Vt ab vrbe diſceſſi, nullum prętermiſi diem, quin aliquid ad te litterarum darem. Lib. 7.

Item pro Quomodò cum quadam admiratione.

Idem ad eundem, Cneus noſter, ò rem miſeram, & incredibilem, ut totus jacet? *Terent. Eunuch. Vt falſus eſt animi.* Lib. 7.

Post has voces Adeò, ita, sic, tam, talis, tantus, tot, fere nunquam ponitur Quod, sed, Vt, cum subjunctivo.

Cic pro Rab. Adeóne hospes hujusce urbis, adeóne ignarus es disciplinæ, consuetudinisque nostræ, ut hæc nescias? *Idem 1. Tusc. Non sum ita hebes, ut ista dicam.*

ANTEQUAM.

Antequam, tum indicativis, tum Conjunctivis jungitur.

Terent Andr. Experiri omnia certum est, antequam pereo. *Cic. pro Muren. Antequam pro Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam.*
Philip. 1. *Idem in M. Anton: Antequam de Repub. P. C. dicam ea, quæ dicendo hoc tempore arbitror: exponam vobis breviter consilium & profectionis, & reversionis meæ.*

PRIUSQVAM.

Priusquam iisdem modis gaudet.

Cic. in M. Anton. Priusquam de Repub. dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonij injuria.
Philip: 1. *Idem pro Mil. Præclarè vixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro.*
Bell: Catil: *Sal. Priusquam incipias, consultò: & ubi consulueris, maturè facto opus est.*

NE

NE, VETANDI.

NE, subjunctivum petit, cùm aliquid prohibemus.

Terent. Eunuch. Ne pòst conferas culpam in me. *Livius, Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen.* Bel. Punico

Petit & imperativum maximè apud Poëtas.

Plautus, Persa, abi, ne jura, satis credo. *Virg.* Lib. 7. *Ne fugite hospitium, neve ignorate Latinos.*

QVINTILIANVS *lib. 1. cap. 5. Ubi de solœcismo agit, Et Ne, inquit, & Non adverbia: qui tamen dicat pro illo, Ne feceris, Non feceris, in idem incidat vitium: quia alterum negandi, alterum vetandi. Hæc ille.* VTVNTVR *interdum & Oratores imperativo. Idem 6. Declam. Matrem, inquit, tibi per hæc merita commendo, tu illam tuere, defende, ama, ne relinque: Et Legislatores, Cic. 2. de Leg. Ne cogito quis stipem præter Ideæ matris famulos, eosq́; iustis diebus.*

NOTA.

Oratores interdũ dant imperativũ particulæ Ne.

NÆ.

NÆ, hoc est, profectò, pronominibus præpositum, Indicativum vel conjunctivum petit.

Terentius Adelph. Næ ego homo sum infelix.

Philip. 1. *Cicero in Antonium, Næ tu si id fecisses, meli*
famæ tuæ consuluisses. Idem 1. Tusc. Næ ille v
sapiens lætius ex his tenebris in lucem illam ex
cesserit.

PER, PERQVAM &c.

PER, perquam, sanè, valdè, oppidò, in primis, cum primis, apprime, ad modum, vehementer, & alia id genu fere positivis gaudent.

Cicero de Finib. Hæc quidem est perfacilis, &
Lib. 2. perexpedita defensio. *Idem de Orat: Quod mi*
Lib. 2. *hi quidem perquam puerile videri solet. Idem a*
Lib. 14. *Terentiam, Sin ad nos pertinerent, servirent, præ*
terquam oppidò pauci. Idem in Verrem, Phil
Lib. 2. *damus erat in primis inter suos copiosus. Idem i*
Ibidem. *eundem, C. Mustius homo cum primis honestus.*

QUAM, AFFECTIBUS SERVIENS.

QVàm, cùm admirationi, commise rationi, atq; interrogationi cum ad miratione permistæ servit, positivi jungitur, ut Quàm multi avaritiæ stu dent.

Heu quàm fallaces sunt hominum spes, quàm
inanes

...anes cogitationes. *Cicero de Amicit. Quàm multa, quæ nostra causa nunquam faceremus, famus causa amicorum. Quintilianus, Quàm mul-* Lib. 12. c. 11.
..., imò, penè omnia tradit Varro.

QVAM, PRO QUANTUM,

QVàm pro Quantum positivis præponitur.

...cer. Trebatio, Quàm sint morosi qui amant Lib. 2.
...l ex hoc intelligi potest. *Quàm gratum hoc ...unus fore patri tuo arbitraris? Nescis quàm sint ...lti, qui suis cupiditatibus serviunt.*

EXCEPTIO.

QVàm pro Quantum, cum verbo Possum junctum, superlativis ad...ngitur.

...cero Catoni, Quàm potui maximis itineri...s ad Amanum exercitum duxi. Lib. 15.
Idem de Na...ra Deorum, Aves nidos construunt, eosque quam ...sunt mollissimè substernunt. Lib. 2.

QVAM, VT.

QVàm, ut, eleganter comparativa sequitur.

...cero de Orat. Hoc altius est, quàm ut nos hu...strati suspicere possimus. Lib. 3.

QVAM, PRO VALDE.

QVàm pro Valde, superlativis e
gantissimè adjungitur.

Lib. 13. *Cicero Valerio*, Vehementer te rogo, ut eu
ut ex hac commendatione mihi Cuspi
quàm maximas, quàm primum, quàm sæ
simè gratias agat.

TAM QVAM.

TAm, & Quàm positiva frequent
mè, superlativa rarius, comparat
rarissimè copulant.

Cicero in Orat. Nemo orator tam multa, n
græco quidem otio, scripsit, quàm m
sunt nostra. *Salust. Quàm quisque pessimè f*
tam maximè tutus est. Ter. Heaut. -- nam
dolescens quàm minima in spe situs erit, tam f
limè patris pacem in leges conficiet suas. Cic.
Dejot. Per dextram te istam oro, quam regi
jotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam
teram non tam in bellis & in prælijs, quàm in
missis & fide firmiorem.

Ponitur interdum, tam, separatim cum su
lativo.

Philip. 12. *Cic. in Antonium, Non erat vestris tam gra*
mis, tamq; multis judicijs, ignominijsq; conci

CONS

CONSULTO quæ raræ sunt prætermittimus. [..]iv. lib. 10 bell Maced Per difficillimum adi[..]m, dixit Plin lib. 2. cap. 54 Per plurimum re[..]rt. Colum. lib 3. cap. 20. Per paucissimis agri[..]lis. Curt. lib. 4. Perquam maximo exercitu [..]icto. QUAM cùm affectibus servit, potius Val[..] quàm quantum videtur significare, unde qui[..]m hujus generis exemplis contra Laurentium [..]ent, QUAM pro Valde etiam positivis jungi [..]unq; tamen se res habeat, cùm affectibus, ut [..]imus, inservit, positivis adhæret. POSUIMUS [..]tùm verbum Possum, quòd Valeo, Queo, in [..] genere loquendi, non videantur perinde u[..]m: locus ille Ciceronis Philip. 3. Sed reliquum [..]sum vitæ, quàm quidem possum celeriter per[..]ngam: longè aliter legitur, Sed reliquum [..]sum videte: quem quidem celeriter perstrin[..]n. Itaq; ex hoc loco probari non potest, quàm [..]n verbo Possum, etiam positivis adjungi Plin. [..] 18 cap. 28. cum positivis junxit, Tanta litte[..]rum occasio, quas equidem miscebo agrestibus [..]oriis quàm potero dilucidè atq; perspicuè.

Quàm affectibus serviens, Valdè significat.

[SU]PERLATIVUM casum ferè non habet, cùm ei [..]am adjungitur, ut Cicero fuit quàm eloquen[..]mus Romanorum, vel inter Romanos, vel ex [Ro]manis.

QUAM pro Valde, interdum positivum vi[..]ur admittere. Idem 1. de Orat. Tum crassus, [..]qui vide, inquit, in artificio & opera quàm te[..] nus

Quàm pro valde, interdū positivū admittit.

nui & levi, quantò plus adhibeatur dilig quàm in hac re, quam constat esse maxima dem in Bruto, Itaq; prima causa publica pr to Roscio dicta, tantùm commendationis h ut nonnulla esset, quæ non nostro digna patr videretur: deinceps inde multæ, quas no genter elaboratas, etiam quàm elucubrata rebamus. Idem 4. Verr. Fecerunt aliqui quàm multa: cur in hoc uno crimine, isto g defensionis uteris? Nisi in his etiam locis a effectus latet TAM, *Quàm pro Tantò, Quan rò reperiuntur comparativo juncta.*

Virgilius 7.

Tam magis illa fremens, & tristibus flammis.

Quàm magis effusio crudescunt sanguine pug

Nota. *Tam, Quàm, cum superlativa præcedunt adverbiis, Ut, Ita, ponuntur: sic enim Salust cus exponi potest, Ut quisque pessimè fecit, ita ximè tutus est.*

ADVERBIA IN VM.

ADverbia in Vm, positivis gaude ut parum, multum, nimium, tant quantum, aliquantum.

Lib. 10. *Cicero Attico,* Parum firma sunt, quæ de fr
Lib. 2. meo scribis, *Idem in Rull. Socer hujus, vir tum bonus est. Idem de Finib. In rebus apertiss nimium longi sumus.*

Id

IDEM Cicero ad Luceium lib. 5. Aliquantu-labefacta atq; convulsa. Plaut. Bacch. Cre-imida es aliquantulum soror. Terent. in-uch: junxit cum comparativo, ejus frater ali-ntium est ad rem avidior.

DVERBIA O, FINITA.

Aulò Nimiò, Aliquantò, Tantò, Eò, Quò, Multò, Hoc pro Tantò, com-ativo adhærent.

ro de Offic. Quantò superiores sumus, tan-os submissius geramus *Idem de Amic.* Lib. 1.
vero corpori solùm subveniendum est, sed e-menti, atque animo multò magis. Plancus Lib. 10.
roni, certè hoc maius habes testimonium a-mei, quò maturius tibi, quàm cæteris con-nea volui esse nota Luceius Ciceroni, Ego Lib. 5.
sicut soleo, paulò etiam deterius quàm

APPENDIX.

tò etiam superlativis additur.

cero in Verrem, Cùm omnis arrogantia Lib. 1.
a est, tum illa ingenij, atque eloquentiæ ò molestissima.

Item LONGE pro Valde.

in Bruto, Longè post natos homines impro-

Improbissimus C. Servilius, sed peracutus.

Facile, cùm, Sine dubio, Sine controversia significat, superlativis gaudet, aut ijs, quæ eorum vim habent.

Idem pro Rab. Posth. Virum unum totius Græciæ facile doctissimum Platonem, in maximis periculis insidiisque versatum esse accepimus *Idem pro Sexto Roscio, non solùm municipij, verùm etiam eius vicinitatis facilè principem. Idem pro Cluentio, Regionis illius & vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facilè princeps.*

Lib. 10. c. 1. *Quintilianus, In affectibus verò tum omnibus mirus, tum in ijs, qui miseratione constant, facilè præcipuus.*

LONGE *pro Multò, etiam jungitur comparativo, Virg. 9. At pedibus longè melior Lycus. Valde jungitur & ijs nominibus, quæ vim superlativi habent. Cic. Bruto lib. 13. L. Castronius Pætus longè princeps municipij Lucensis. Idem 4. Verr. Longè primus civitatis est Epicrates. PRÆTEREA nominibus quæ diversitatem dissimilitudinemq; significant, ut Longè alius, dissimilis Idem pro Font. O Fortunam longè disparem M. Fonteij. ITEM adverbijs, Aliter, secus, antè, pòst, & verbis Antecello, præsto, antepono, quæ adverbium Multò etiam admittunt, sui injuriam faciamus. Quoniam quæ adv*

bus gradibus jungantur, diximus, illud mi-nè prætermittendum est, OMNIS, *etiam cum erlativis frequenter jungi. Cic. Litin. lib. 5. uamobrem velim ita & ipse ad me scribas de nibus minimis, maximis, mediocribus, ut ad minem amicissimum. Idem ad Quint. Frat. 3. Omnia minima, maxima ad Cæsarem mit-tebam. Idem 6. Verr. Ego mei jam rationem ij confido esse omnibus iniquissimis meis perso-im* QVIS, *cum partitivè accipitur, superla-tivo amat. Quint. lib. 7. cap 5. De præmijs au-quærantur duo, an ullo sit dignus qui petit, anto: ex duobus, uter dignior: ex pluribus, dignissimus. Cic. Attic. lib. 7. Egeo consilij: d optimum factu videbitur, facies.* CVM *ve-omparativè ponitur, comparativo gaudet. I-n de Amicitia, Quis clarior in Græcia The-tocle? quis potentior?* QVISQVE, *superlati-præponitur. Idem 2. de Finib. Omnium quidq; issimum est. Idem 2. de Orat. Ut quisq; op-è dicit: ita maximè dicendi difficultatem, iosq; eventus orationis, hominumq; judicia rimescit.* JVNGITVR *etiam eleganter cum nine Quotus. Idem 2. de Fin: Quotus enim q; philosophorum invenitur, quid sit ita mora-ita animo ac vita constitutus, ut ratio postu-?* ITEM *cum nominibus, quæ vocant ordina-ut tertio quoq; verbo solœcismum facit. Idem Verr. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur*

Quis partitivè superlativo gaudet.

Rarò

Raró cum nominibus absolutis, ex quibus superlativa formari possunt, junctum reperitur. Interdum tamen quisq; aliquoties invenitur apud Tacitum, & apud Suetonium in Othone cap. 2. ferebatur & vagari noctibus solus atq; invalidum quenq; obviorum vel potulentum corripere, ac distento sagio impositum in sublimè jactare. L... TUR & cum comparativis, maximè accedentibus adverbijs Quò & eò. Cicero pro Rosc. Com. quisq; est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius, Quintilianus lib. 2. c. 3. Etiam eò obscurior, quo quisq; deterior.

INTERIECTIONIS CONSTRUCTIO.

O.

O Tribus casibus adjungitur, Nominandi:

Terentius Phorm: O vir fortis atque amicus.

Accusandi:

LLib. 14. *Cicero Terentiæ,* O me perditum, ô me afflictum

Vocandi:

Terentius Andr:

O Dave, ita ne contemnor abs te.

INTERDUM *O mittitur, cùm nimirum*

tor est affectus. Cicero in Pisonem, Miserum me, ...um hac me peste, atq; labe confero Idem Attico ...b. 10. Me cæcum, qui hæc antè non viderim O ON *solùm cùm adverbium est vocandi, vocativo ...hæret, verùm etiam cùm est interjectio. Idem Pisonem, O paterni generis oblite, materni vix ...emor.*

HEU, PRO.

HEV, & Prò, modò nominandi, vel potius vocandi casum postulant.

...rgilius, Heu pietas, heu prisca fides. *Livius, ...ntum (prô dolor) degeneravimus à parentibus ...tris.* Lib 6. Bell:Pun: 2.

Modò accusandi.

...cer. in M. Anton. Heu me miserum, cur Se...um cogor, quem semper laudavi, repre...ndere? *Idem in Verrem, Prô Dum homi...nq; fidem.* Philip. 7. Lib. 5.

PRÔ *apud Ciceronem 2. Phil. apertissimè vo...ivum habet. Quæ enim res unquam (prô san... Jupiter) non modò in hac urbe, sed in omnibus ...is est gesta major.* HEV *etiam dativo gau...* Heu cum Dativo.

Plautus Milit:

...eu mihi, nequeo, quin fleam.

Idem Mercat.

...eu misero mihi.

HEI, VÆ.

HEI, Væ, dativo gaudent.

Terent. Heaut. Hei misero mihi. *Idem,* misero mihi.

HEI, *interdum vocativo additur.*

Plautus Aulul.

Hei Megadore, haud decorum facinus tuis ctis facis.

Terentius Eunuch.

Hei mihi, laudo: tandem perdoluit, vir es.

Cedo nō est hujus loci. CEDO, *cùm verbum sit imperativi modi,* *est, cur interjectionibus adnumeretur, postulat* *cusativum Cicero 6. in Verrem, Cedo tabu* *vel dativum cum accusativo. Idem 3. in V* *rem, Cedo mihi leges Atinias.*

CONIUNCTIONIS CONSTRUCTIO.

CONIVNCTIONES copula væ & disiunctivæ, cùm ad id verbum referuntur, similes casus co nectunt.

Philip 12 *Cicero in Antonium,* Quis non doleat int

Bell: Catil: tum talis & viri & civis? *Salustius, Divi* *rum, & formæ gloria fluxa, atque fragilis est.* *cero de Senectute, Quid de pratorum viridit*

aut

aut arborum ordinibus, aut vinearum oliveto-rumque specie dicam?

QVAM, NISI, AN, PRÆTERQVAM.

QVàm, Nisi, An, Præterquam, eosdem itidem casus copulant.

Cicero Attico, An existimas ab ullo malle me legi, probarique quàm à te? *Idem pro Sest.* Lib. 3.
Quem unquam Senatus civium, nisi me, nationibus exteris commendavit? Idem de Orat. Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an judices. Idem in Catil. Pro tantis rebus nullum à vobis præmium postulo, præterquam hujus diei memoriam sempiternam. Lib. 3. Invect. 3.

EXCEPTIO.

ALiquando huic constructioni certa dictionum proprietas obstat.

Fui Romæ, & Athenis.

Aut Brundusij aut Sulmone mortuus est. Emine librum centusse, an minoris? Malim Panormi, quam Syracusis esse.

ETSI, TAMETSI, QVANQVAM.

ETsi, Tametsi, Quanquàm in princ-
pio statim sententiæ indicativum
postulant.

Lib. 1. *Cicero pro Milone*, Etsi vereor judices, &c *Idem*
Lib. 10. *Lentulo, Tametsi nihil mihi fuit optatius. Idem*
Planco, Quanquam gratiarum actionem à te n
desiderabam.

Alibi etiam subjunctivum admittunt.

Lib. 1. c. 3. *Quintilianus*, Cædi verò discentes, quanquam
receptum sit, & Chrysippus, non improbe
minimè velim.

*E*TSI *Quanquam, principijs librorum, orati-
num, ac epistolarum accommodatissima sunt, sub-
sequente particula tamen. Cicero ad Rufum lib
Etsi mihi nunquam dubium fuit, quin tibi esse
carissimus, tamen quotidie magis id perspicio.
dem ad Luceium eodem lib. Quanquam ipsa co-
solatio litterarum tuarum mihi gravissima est, &
tamen illum fructum ex his litteris, vel maxime
cepi.*

TAMETSI, *vix initio librorum, aut orationum i-
venias, apud Ciceronem, ut modò diximus, e-
stolam ad Lentulum inchoat, Tametsi nihil mi-
fuit optatius, &c. Illud Cæsaris ad Cicer. Att.
lib. 10. Etsi te nihil temerè, nihil imprudent-
facturum judicarem, &c. In correctis libris le-
tur Iudicaram.*

Etsi, Tametsi. ETSI, *Tametsi, Quanquam, cùm primum*
cu

cum sententiæ, ac periodi occupant, Indicativum poscunt, cæteris locis non respuunt Conjunctivum. Cicero de amicitia, Sed nec illa extincta sunt, aluntur*que* potius, & augentur cogitatione, & memoria: etsi planè illis orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solatium. Idem 5. in Verr. Non me hercule, quæ loquor, crederem, judices, tametsi vulgo audirem. Idem 2. de Orat. Erant*que* qui quanquam ita se habere arbitrarentur, tamen quò facilius, &c. FREQVENTIVS tamen hæc in medio, & fine periodi cum indicativo junguntur. Idem ad Cassium lib. 15. Præposteros habes tabellarios, etsi me quidem non offendunt, sed tamen cùm à me discedunt, efflagitant litteras. Idem Attic. 8. Nec verò hæc extrema quisquam potest reprehendere, quòd mare transierim, id enim, etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. Idem pro Sex. Rosc. Quod tametsi miserum, & indignum est, ferret tamen æquo animo. Terent. Andr. Obtundis tametsi intelligo. Cicero pro S. Rosc. Innocens est quispiam veruntamen quanquam abest à culpa: suspicione tamen non caret. Idem Cassio lib. 15 In integro res nobis erit, quanquam qui loquor?

Quãquã, initio sententiæ indicativũ poscunt: cæteris locis etiam conjunctivum.

ETIAMSI, QVAMVIS, LICET, UT, PRO, QVAMVIS.

ETiamsi, Quamvis, Licet, Vt, Quamvis subjunctivo gaudent.

Cicero de Amicitia. Omnia brevia tolerabi esse debent, etiamsi maxima sint. Idem
Philip. 2. Antonium, Homines quamvis in rebus turb sint tamen si homines sunt, interdum animis laxantur. Idem post reditum in Senat. Tan vester consensus de salute mea fuit, ut, licet c pus abesset meum, dignitas in patriam reverti Idem pro Quinctio, Ut summa haberem cæt temporis quidem certè, vix satis habui.

Quamvis interdum initium orationis occupat. Ex his quatuor Quamvis aliquando initi orationum, epistolarumq; occupat: sic Quint anus quintam, octavam, decimam & duode mam declamationem exorsus est. Quintam Quamvis judices in tanta malorum continua ne jam potuerim nihil ex accidentium meoru novitate mirari. Ubi, potuerim in omnibus libi quos quidem viderim, legitur, non poteram, Laurentius legit, alijs etiam locis cum conj ctivo apud eundem Quintilianum jungitur. C Attic. 14. Quamvis tu magna, & mihi jucun scripseris, &c. tamen si est bellum civile fu rum, &c. initium est epistolæ. Apud Ciceron frequentissimè cum subjunctivo copulatur pud Horatium tamen epistola quadam sic incip

Quam

Quamvis Scæva satis per te tibi consulis & scis.

Columella lib. 2. cap. 9 etiam indicativo usus st, Quamvis de mensura autoribus minus convenit, hanc tamen esse commodissimam magister sus docuit. ETIAMSI. *Licet, Vt pro Quamvis, ondum cum indicativo, quod meminerim, legi: pud Ciceronem cum subjunctivo leguntur frequentissimè. Ad Brutum lib. 11. Tuis enim opibus consulatu tuo, etiamsi timidi essemus, tamen nnem timorem abjiceremus. Terent. Heaut. d quidem ego etiamsi neges, certò scio. Illud Ciceronis, quod quidam afferunt, Quam tibi etiamsi on deseras, mittam: nondum reperi. In illo eusdem ad Att. Ego bonos viros sequar, etiamsi ient: pro ruerint ponitur. Tutius itaq; utemur bjunctivo.* SI, *pro Quamvis, Conjunctivo jungitur.*

Etiamsi, licet, ut, pro quamvis, subjunctivũ amant.

Terent. Eunuch.

Redeam? non, si me obsecret.

NECAUSALIS.

NE causalis Conjonctivum amat.

Terentius Andr:

...i, vereor, ne quid Andria apportet mali.

Idem Eunuch.

.. nunc metuo fratrem, ne intus sit.

Idem Andr:

.. tum autem hoc timet, ut se deseras.

UT, PRO NE.

VT, post verba Vereor, Timeo, Metuo, eleganter ponitur pro Ne.
Terentius Phorm: At vereor ut placari po
Lib. 1. *Cicero de Orat. Sed illa duo Crasse vereor,*
Lib. 14. *tibi possim concedere. Idem ad Terentiam. O mnes labores te excipere video, timeo ut su neas. Terent: Andr. Perij, metuo ut substet spes.*

NE NON, PRO NE.

POst eadem verba, Ne non, etiam p Ne ponitur.
Lib. 7. *Cicero Attico,* Si manet, vereor ne exercitu
Lib. 14. firmum habere non possit. *Ad eundem, Tim ne non impetrem. Idem pro Milone, Cur igit hos manu misit? metuebat scilicet ne indicaret ne dolorem perferre non posset.*

LOCUM *Ciceronis integrum apponam, ne q te pungat scrupulus. Equidem illud melior, qu tu mones speasq; fieri posse, ut mihi Cæsar con dat: ut absim quum aliquid in Senatu con Cneum agatur, sed timeo, ne non impetrem Quintil. lib 8. cap 3. Vt non, posuit pro Ne n Oppidò inquit, quo sunt usi paulum tempore n stro superiores, vereor ut jam non ferat qu quam.*

APPE

APPENDIX.

SI tertiam addideris negationem, te omni metu liberum significabis.
em in Verrem, Non vereor, ne hoc officium Lib. 5.
eum P. Servilio non probem. Hoc est, Non
ubito, quin hoc officium meum P. Servilio
n probaturus.

UT NE, PRO NE.

UT Ne, pervenustè ponitur pro Ne.
Cicero in Verrem, Imperant, ut ne jurent. Lib. 5.
m ad Quint. Fra. Opera datur, ut judicia ne Lib. 3.
t. Idem Bruto, Ut ne quid meorum tibi esset Lib. 13.
otum, animadverti te operam dare.

NI, NISI, SI.

NI, Nisi, Si, tum indicativum, tum conjunctivum amant.
rent. Andr. Mirum ni domi est. *Idem Phorm.*
nossem causam, crederem vera hunc loqui. Ci-
o in Verr. Ni restituissent statuas, vehementer
minatur. Lib. 4.

NISI.

m de Amicit. Ortum quidem amicitiæ vi-
s: nisi quid adhuc fortè vultis. *Ibidem. Nisi*

 immor-

immortalitatem optare vellet, quid non est adep-
quod homini fas esset optare?

SI.

TERENTIVS *Andr* Si illum relinquo, ... vitæ timeo: sin opitulor, hujus minas. ...
Lib. 13. *dem, Si id facis, hodie postremùm me vides* ... *cero Attico, Si hortos inspexeris, dederis* ... *quod ad te scribam: sin minus, scribam tamen* ...
Lib. 2. *quid. Idem ad eundem, Expeditus facio ut si* ... *inclamaro, ut accurras.*

QUOD CAUSALIS.

QVod cùm causam ac rationem re... dit, tam Indicativo, quam Conju... ctivo gaudet.

Lib. 2. *Cicero Attico* Fecisti mihi pergratum, qu...
Lib. 3. Serapionis librum ad me misisti. *Idem* ... *eundem, Utinam illum diem videam, cùm* ...
Lib. 9. *gratias agam, quòd me vivere coëgisti. Ad e-* ... *dem, Admiratus sum, quòd ad me tua manu sc-*
Lib. 2. *psisses. Idem de Divin. Vetus autem illud Ca-* ... *nis admodum scitum est, qui mirari se ajeb-* ... *quòd non rideret aruspex, aruspicem cùm vi-* ... *ret.*

APPENDIX.

Verbu

VErbum Videor, conjunctionem Quòd refugit.

e ergo dixeris: Videtur mihi quòd sum do-
is, quod es doctus, quod ille est vir doctus:
d. Videor mihi esse doctus: Videris mihi
e doctus: Ille sibi videtur esse vir doctus.

Et numero multitudinis eodem
odo

demur nobis esse docti. Videmini vobis
docti. Illi videntur sibi esse viri docti.
ero Attico, Amens mihi fuisse videor. Idem Lib. 9.
eundem, Relegatus mihi videor, posteaquam Lib. 2.
Formiano sum. Idem in Marcum Antonium, Philip. 2.
scio quid turbatus mihi esse videris. Terent.
dr. Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.
ticus Ciceroni, Sol excidisse mihi è mundo vi- In Epist.
ur. Livius, Næ tibi P. Corneli, cùm ex alto A- ad Att. 9.
à conspexeris, ludus & jocus fuisse Hispaniæ tuæ Bel. Pū. 8.
ebuntur.

QUIA.

QVia pro Quòd, utrunque modum admittit.

ero de Amicitia, Recordatione nostræ a-
icitiæ sic fruor, ut beatè vixisse videar, quia
n Scipione vixerim. *Idem de Finibus, Ne-* Lib. 1.
*quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor
sit, amet.*

Lib. 6. *amet. Idem in Verrem, Quarta autem es[...] quæ quia postrema ædificata est, Neapoli[...]natur.*

Aliæ præterea sunt particulæ, quarum u[...]sus ipse optimus magister, te sine tædio prog[...]te tempore docebit.

DE FIGVRATA CONSTRUCTIONE.

Virtutes & vitia orationis.

ORATIO TRES VIR[...]tes habere debet, ut Em[...]data, ut Dilucida, ut O[...]ta sit; quibus virtutibu[...]tidem vitia contraria sunt. Nam Em[...]datæ Barbara, Dilucidæ Obscura, O[...]tæ Inornata adversatur.

BARBARÆ ORATIONIS VITIA.

DVo sunt vitia, quibus oratio bar[...]ra atque rustica efficitur, Soloe[...]mus, & Barbarismus: quæ, qui [...]

emendatè loqui volet, omni con-
tione, velis, ut ita dicam, remisque
ger.

OLOECISMUS QUANTUM EMENDATÆ ORATIONI ADVERSETUR, ET VNDE NOMEN ASSVMPSERIT.

UO figuratæ constructionis natura commodius intelligatur, simul de orationis vitijs s agendum est: fieri enim potest, ut quis fa- decipiatur, cùm figurata ipsa constructio vi- eciem præ se ferat, tametsi ab eo longè absit. cismus usque eò Latinitati (sic enim Autor ad ennium emendatam orationem lib. 4. appel- infestus est, ut eam funditus evertat, neque n dictionem unam invadit, sed integram positionem fœdat, ipsiusque orationis contextum pat. Unde Eustathius in 1. Iliad. ubi de ine σῶος hoc est sanus, integer, loquitur, is inquit, qui de ratione vocabulorum agunt ικισμὸς, hoc est, SOLOECISMVS *meritò di- , quasi σόου λόγου αἰκισμὸς hoc est, sani & ri sermonis injuria, fœditas, ac corruptio. tamen alio loco docet Solœcismum composi- m fuisse propriam Solorum urbis Cypri. Di- s verò Laertius in Solone scriptum reliquit*

Solœcismus unde dictus

à Solis Ciliciæ urbe nomen traxisse: nam cùm eò dem ducta esset Atheniensium colonia progredien te tempore corruptam fuisse Atticam lingvā ideò illos non ἀττικίζειν sed σολοικίζειν dictos esse. De Barbarismo, hoc est dictione peregrina, aut Latina quidem, sed vitiosè scripta, aut pronunciata, post dicemus, ne turbetur ordo.

QUID SIT SOLOECIsmus & quot modis fiat.

Quid sit Solœcismus.

SOlœcismus, constructionis atq; emendatæ orationis, de qua hactenus legimus hostis infestissimis, est vitiosa partium orationis compositio.

Species Solœcismi.

Is fit quatuor modis, Adjectione, cùm aliquid orationi contra præcepta Grammaticæ adjicitur: ut Scribo cum calamo, Ludo cum pila.

Adjectio.

Detractio

Detractione, cùm aliquid eodem modo detrahitur: ut Eo forum, Redeo agro. Ne hoc fecit, pro Ne hoc quidem fecit.

Transmutatio.

Transmutatione, cùm partium orationis ordo turbatur: ut Quoq; ego, Enim hoc voluit, Autem non habuit.

Immutatio.

Immutatione, cùm pars una ora-

ōnis pro alia ponitur: ut stulti grave fe-
runt res adversas, Grave pro graviter,
nomen pro adverbio.

Fiunt Solœcismi etiam per cæteras
orationis partes. Item per ea quæ cog-
nata sunt, id est, ejusdem generis ac
partis, ut eo intus, Sum intrò. Quid huc
gis? Quando hic venisti? Scripsit ne
Cicero hanc orationem, aut Hortensi-
s? Aut pro An. Non feceris cuiquam
injuriam, pro Ne, Eo apud forum.

Denique fiunt & per ea, quæ partibus orationis accidunt. Per genera: ut Sa-
pientes læto fronte res adversas ferunt.
Per casus: ut Quo is? Romæ. Venio
rundusi. Per numeros: ut si unum ad
vocans dicas, Venite. Per personas,
quempiam honoris causa ita alloqua-
s, Sedeat, Accedat: pro Sede, Accede.
Per modos, ut Peto à te, ut mihi opem
rs. Per genera verborum: ut Mox
deam: pro redibo, ponitur enim a-
vum pro neutro.

Item per accidentia partiū orationis

De Solœcismo agit Quintilianus copiosè lib. 1.
. ubi inter multa alia docet. Non feceris, pro
ne fe-

Ne feceris, solœcismum esse, cùm alterum ne an-dis it adverbium, alterum vetandi. Idem, ser- de Susis in Alexandriam, Solœcismum esse pe- adjectionem: qua de re satis diximus suo lo- GELL. *lib. 5. cap. 20. ait, Solœcismum à vetusto- ribus Latinis Imparilitatem & Strobiliginem fu- isse appellatum. Sed cum Solœcismi vocabulo au- tor ad Herennium, Quintil: Martialis, atq; al- utantur, non est cur vocem ipsam reformidemus. Qui hoc vitio laborat σολοικιστής solœcistes su- solœcista à Luciano dicitur.*

APPENDIX.

Lib. 1. c. 5. FVerunt, ut ait Quintil. qui adjectio- nis vitium, Pleonasmon: Detracti- onis Ecclipsin: Transmutationis, Ana- strophen appellarint, negantes hæc ve- species esse Solœcismi.

QUID SIT FIGURATA CONSTRUCTIO.

CVM apud viros doctos, & qui p- rè loquendi laude floruerunt, il- quid legerimus, quod Grammatic- rum legibus repugnare videatur, n- continuò existimabimus eos Solœ- smum fecisse; cum ipsorum autorita- testim-

testimoniisq; soleant Grammatici ipsi sua præcepta confirmare. Nam sunt quædam, quæ faciem quidem Solœcismi habent, vitiosa tamen non sunt. Hoc novem loquendi genus, Figura verborum aut sermonis, aut orationis, sive ut Græci loquuntur, σχῆμα λέξεως schema lexeos appellatur. Est enim FIGVRA nova loquendi ratio à trito & vulgari sermone remota, quæ ferè ratione aliqua nititur. Quid sit figura.

Si MAGNI *autores, cùm partes orationis, aut earum attributa permutant, in Solœcismum incidunt, Cicero, Terentius, Cæsar, Livius, cæteriq; antiqui non rarò hoc vitio laborarunt. Non est itaque solœcismus, sed schema. Quamvis hoc, quod schema vocatur, inquit Quintilianus eodem loco, si ab aliquo per imprudentiam factum erit, solœcismi vitio non carebit. Eustathius in Odyss λ docet quæ novè figurateq; ab Homero aliisq; viris doctis dicuntur, non solœcismum, sed σολοικοφανῆ σχήματα, hoc est schemata quæ faciem habent solœcismi, aut simpliciter, Schemata tantum appellari, peccatúmque esse voluntarium, non ab inscitia profectum.*

Solœcismum verò esse peccatum non voluntate, sed ignorantia commissum. Schema, ut idem

Quint. ait, ferè habet aliquam rationem. Verùm ne nimium sis solicitus de rationibus investigandi: interdum enim pro ratione est voluntas, atque usus doctissimorum hominum, quæ pluris sunt facienda, quam Grammaticorum omnium leges.

Id ætatis elegãtia.

VERBI causa. Inquit Cic. Verr. 4. Hominem id ætatis quam tumultuosissimè adoriuntur. Idem ad Thoran. lib. 6. Ita viximus, & id ætatis jam sumus, ut omnia, quæ non nostra culpa acciderunt, fortiter ferre debeamus. Elegantiam hujus locutionis omnes admirantur, rationem fortasse nemo facilè invenerit: neque enim videtur Hellenismus, cùm affirmet Budæus in commentarijs linguæ græcæ, non esse apud Græcos similes locutiones. Itaq; cùm viri docti in Grammaticorum leges minimè jurarint, observabimus atq; colligemus diligenter, quæ sua sponte eleganter dixerunt, ut ea nobis ad imitandum proponamus, non ut ad Grammaticæ normam, & angustias ea dirigamus. Et ut quod sentio breviter dicam, si tum ligata: tum soluta oratione emendatè, aut scribere, aut loqui studes, tibi eos, qui utraque facultate præ cæteris floruerunt imitandos propones.

ENALLAGE.

ENALLAGE figura est, cùm pars una orationis pro alia ponitur.

Lib. 13. *Cicer. Attic.* Quàm turpis est assentatio, c

vi

vivere ipsum turpe sit nobis. *Idem ad eundem Philotimus non modo nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorem facit me. Terent. Andr. Ita facto opus est.* Lib. 12.

HIC *vides partes orationis inter se commutatas, Vivere ipsum pro vita ipsa, Verbum pro nomine: Nullus pro non, Nomen pro adverbio: Facto pro fieri, Participium pro verbo. Neq; quisquam tam demens erit, ut credat Terentium, aut Ciceronem solœcismum fecisse. Est ergo schema sive figura, quæ Enallage dicitur.* SVNT *& alia nomina quæ pro adverbijs ponuntur, ut Recens, Sublimè, Frequens. Sueton. in Tiber. cap. 1 Inde Romam recens conditam cum magna clientum caterva comigravit. Cic. 2 de Divin. Eaq; scutula quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inventa. Idem de Amicit. Venio in Senatum frequens.* SIC *Torvum, horrendum & alia id genus apud Poëtas. Nomen interim loco interjectionis indignantis ponitur. Cic. in Catil. 4 Quæ malum fuit ista amentia?* Contrà ADVERBIVM *aliquando partes nominis agit. Plaut. Merc. Bene sit tibi. Plin lib 5. ad Marcum, Benè est mihi, quia tibi bene est. Cic. Att. Malè sit Antonio, si quis Buthrotijs molestus est: sit Sat, Satis, Abunde, Partim, de quibus in constructione adverbij dictum est.* VERBVM *loco interjectionis blandientis Idem ad eundem lib. 5. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe.*

Nomina pro Adverbijs posita.

Adverbium partes nominis agit.

Lib. 5.

Verbum interjectionis loco

FIT etiam Enallage per attributa partium orationis.

Per casus:

Cicero pro S. Rosc. Duo sunt Titi Roscij, quorum alteri Capitoni est cognomen.

Per numeros:

Lib.10. c.73 *Plinius*, In Africa magna pars ferarum æstate non bibunt inopia imbrium.

Per modos:

Terent: Andr: Si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. *Cic. Att.* Lib.2. Respirarim, si te videro.

Per tempora.

Lib. 8. *Idem in Verr.* Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui, emptum esse, vicisti.

Attributa partium orationis. PARTIVM *attributa appellantur accidentia: casus, numerus, genus, persona &c. Hujus figuræ beneficio solvent pueri varios nodos, quibus interdum constricti tenentur, maximè cùm in poëtas inciderint.*

Virgilius 6.

Proÿce tela manu sanguis meus.

Idem 8.

Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum
Adsis ô tantum. Vtrobiq; nominandi pro vocandi, casus positus est.

Idem 3. Æneid.

-- celsam Buthroti ascendimus urbem.

G

Genitivus pro accusativo, Buthrotum urbem.
Idem lib. 5.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus adjuvat. Ablativo usus est pro accusativo, ut docet Non. Marcel. Est mihi cognomen CAPITONI, *Africano, frequentius & elegantius dicitur, quàm Capito, Africanus. Cic. 7. Verr. Quid de Apollonio Dioclis filio Panormitano, cui Gemino cognomen est, præteriri potest? Liv. lib. 4 ab Vrb. Collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen. Idem 2. ab Vrb. Erat tum in castris inter primores juvenum Cn. Martius adolescens & consilio & manu promptus, cui cognomen postea Coriolano fuit.* DICITUR *etiam est mihi Faustulo nomen. Idem 1 ab Vrb. Faustulo fuisse nomen ferunt. Plaut. Cistel. Nomen est mihi Auxilio.* MALIM *tamen hic nominativo uti, est mihi nomen Faustulus, Auxilium, quo modo frequentissimè loquitur Cic. pro Cæcin. Argentarius Sex. Clodius cui nomen est Phormio. Idem 6. Verr. Est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est. Terent. in Prol. Hecyr. Hecyra est huic nomen fabulæ. Plaut. Menæ. mihi est Menæchmus nomen.* IDEM *tamen in Amp. interrogandi casu usus est. Nomen Mercurij est. Hoc Grammatici Antiptosin propriè appellant, cùm casus pro casu ponitur.* GENUS *genere permutatur. Plin. lib. 8. c. 35. Nube gravi-candicante, quod vocant tempestatem albam,*

Est mihi cognomē Capitoni Africano

Genus pro genere.

grando imminebit: Pro Quam illud Terent Phor. Hæcine erant itiones crebræ. Item Plaut Pœnul. Hæcine sunt filiæ meæ? non huc spectat, simplici enim C, scribitur Hæcine & cine syllabica est adjectio, ut Hiscine in dativo plurali: itaq; non ponitur genus neutrum pro feminino, ut quidam putat. NVMERVS *pro numero.* Numer⁹ pro numero. *Virg. Æneid. Pars in frustra secant.*

Ovidius 2. Fast.

Thura ferant, placentiq; novum pia turba Quirinum. Cic pro Mil. Si tempus est ullum jure hominis necandi, quæ multa sunt certè illud non modò justum, verum etiam necessarium, cùm vis illata defenditur REPERITVR *& in personis hæc permutatio, sed rarius.* Persona ꝓ persona rarius. Terent Phor.

Get. Si quis me quæret rursus. Dæ. Præstò est, desine: pro præsto sum MODVS *pro modo, ut illud* Modus ꝓ modo *Terentij, Feceris, pro facies: Conjunctivus pro Indicativo* TEMPUS *pro tempore Cicero ad Atticum lib. 14 Utinam liceat isti concionari, cui esse in urbe tuto licebit, vicimus: pro vincemus* Tēpus ꝓ tempore. *Præteritum pro futuro. Liv. 1 bell Pun. Si hoc bene fixum omnibus destinatumq; in animo est, cæterum dicam vicistis, pro vincetis. Permutantur deniq; verborum genera.* Genus verbi pro genere.

Virgilius II.

-. pictis bellantur Amazones armis.

Bellantur pro bellant. De Modorum, Temporum

perm

permutatione fusius dictum est in verborum declinatione.

ECLIPSIS.

ECLIPSIS figura est cùm id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est.

Cicero ad Attic. Ego si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. *Idem in Verr. Ridere convivа, calumniari ipse Apronius. Idem Attic Quid mihi autor es? advolone, an maneo? Idem pro Planc. Pro uno filio duo patres deprecamur.*

Lib. 5. Lib. 5. Lib. 14.

HANC *figuram appellat Quint. lib. 9 c. 3. Synechdochen, cùm, ut ipse ait, subtractum verbum aliquod satis ex cæteris intelligitur: ut Cælius in Anton. Stupere gaudio Græcus: simul enim auditur, Cæpit. Eclipsin verò idem lib. 1. c. 5. & l 8 ap. 5. inter vitia numerat, cùm scilicet aliquid necessarium orationi detrahitur, ut venio Ægypto.* QVARE *diligenter animadvertendum est, ne quid contra doctorum hominum consuetudinem omittamus: non enim schema erit, sed Solœcismus, qui detractione fit: Nos more Grammaticorum Eclipsin appellavimus. Terent. Andr S. br me, pietatem gnati? ubi Donatus* ἔκλειψις *deest enim, vides, aut aliquin tale.* HÆC *figura latissimè patet, ac ferè per omnes partes orationis manat. Nam desideratur interdum nomen.*

Eclipsin Quintilianus vocat Synechdochen.

Per Eclipsin interdum desideratur nomen.

Cic.

Cic. ad Att. lib. 6. Statua, quæ ad Opis per te posita, in excelso est. Ubi accusativus ædem vel templum deest: quem 2. Phil. idem expressit. ... maximo te ære alieno ad ædem Opis liberasti. ... tem viam, aut iter. Idem Attic 4. No... castra properabamus, quæ aberant bidui: qui ... quando etiam apponitur. Idem pro Planc. C... abessent aliquot dierum viam. Lentulus Sena... lib. 12. fami. Cassium autem cum suis omnibus ... pijs nuntiatum esse, quatridui iter ab Laodi... abfuisse. Navem, Ciceroni Tironi 16. Nos eo... cœnati soluimus. Hic etiam interdum adhibe... Cæs. lib. 1. bell. Civil. Pompejus sub noctem na... solvit. Cœlum, Liv. lib. 7. bell. Mac. Nursiæ, s... no satis constabat nimbum ortum: quod paulo... ferius expressit, Cœlo sereno, interdiu obscu... lux est. In illis, *decies sestertium, vicies sester-tium, centies sestertium, & id genus cæteris, a... implendum orationem desideratur (centena m... lia) nam antiqui, ut docet Budæus, decies cen... na millia sestertium, centies centena millia ses... tium dicebant: postea usus obtinuit, ut comp... diose decies sestertiûm, centies sestertiûm d... rent. Nonnulli scriptores, maximè poetæ comp... diosius loquentes, decies, vicies, centies, tanti... dicunt.*

Nota, decies sestertium.

Martialis lib. 5.

Ducenties accipit, & tamen vivit.

Cic. pro Sext. Rosc. Amer. Aona potius pro hu... ce Se...

xti Roscij, quæ sunt sexagies, quæ de viro claris-
ro & fortissimo L. Sulla, quem honoris causa no-
ino, duobus millibus nummum sese dicit emisse,
l lescens vel potentissimus hoc tempore nostræ ci-
tatis L. Cornelius Chrysogonus. VERBA *quæ ex-*
ptæ actionis vocantur, ut Grandinat, pluit, o-
ltè antecedit vel res verbi, ut grando, pluvia,
l Deus, vel Natura, ut Grammaticis placet.
nnunquam alij etiam nominandi casus præce-
nt.

Verba exceptæ actionis ferè semper ad Eclipsin pertinent.

Virg. 4. Georg.

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Tibul. lib. 2.

Hæc fore dixerunt belli mala signa cometen.
Multus ut in terris deplueretque lapis.

inius lib. 2. cap. 56. Effigies quæ pluerat, spongia-
m ferè similis fuit. DESIDERANTUR *etiam pro-*
mina ante verba primæ & secundæ personæ, quæ
rè non explicantur, nisi certis de causis, qua de
initio hujus libri dictum est.

Eadem pronomina sæpe desiderantur, cum ad se
rsonam tertiam evocant, ut, pro uno filio duo pa-
es deprecamur: ubi Nos desideratur.

Terent: Andr:

Facilè omnes cum valemus, recta consilia æ-
grotis damus.

nc recentiores Evocationem appellant. DE-
DERATUR *non rarò relativum, Qui, quæ,*
od.

Relativũ Qui Quæ Quod.

Virgilius 1. Æneid.

Vrbs antiqua fuit, Tirij tenuere coloni.
deest accusativus Quam. VERBA *frequenter*
sunt Si Tiro ad me, auditur, Venerit: Cogit
Tusculanum, deest Proficisci Ridere convi
simul auditur verbum, Cœperunt. Sunt qui
istiment esse Enallagen modorum, Ridere pro
debant: Sed Quintilianus, ut paulò antè a
putat esse Synecbdochen Stupere gaudio G
cus, simul, inquit, auditur Cœpit Quid m
autores? deest (ut faciam): sic Terent. Ade
Idné estis autores mihi? Plautus Pseud. Q
mihi es autor Simo? Vide Budæum in Comm
lingvæ græcæ. Plin. Caninio lib. 2. Studes, a
piscaris? an simul omnia? omisit verbum, Fa
Cicero ad Atticum 17. Sed plura cùm ista cog
ro: Scribam, extrinsecus assumendum est. L
deratur & infinitum Esse. Terent Andr. No
prius communicatum oportuit Idem Heaut
teremptam oportuit? Interdum explicatur
cero pro Cluent. Hac lege accusatum esse opor
it Idem in Catil 3 Hoc quod jam pridem
ctum esse oportuit, certa de causa nondum ad
cor ut faciam. IN H S *factum volo, nollem*
tum, Egóne te visum aut aditum velim? &
teris ejusdem generis, quæ crebrò apud Tere
um, aliósque autores reperiuntur, videtur i
infinitum desiderari: in quibus Quintilianus
9 cap 3. ait participium pro verbo poni, Ultim
inquit, participio pro verbo, ut Volo datur

In

elligamus obiter direptam Grammaticorum atroversiam: sunt enim, qui participia hæc esdicunt, alij supina. Nonnunquam tamen vide- supinum, ut in illo Terent. Adelph.

Sane nollem hunc exitum.

i quis dicat esse participia, quæ jam exolevet, ut obitus, unde obita mors. Ejusdem generidetur illud ejusdem Heaut.

- vi ut erat, mansum tamen oportuit.

Plaut. Pers. Dum stas, reditum oportuit, pro ansisse, Rediisse: nam Mansum esse, Reditum esintolerabilia sunt. PARTICIPIUM Scriptus, eanter tacetur. Cicero ad Quintum Fratrem li- 3. Hoc inter cœnam Tironi dictavi, ne mirere a manu esse. Ad eundem libro 4. Occupatiom mearum, vel hoc signum erit, quod epistola rarij manu est. Ad eundem 7. Tua manu erat e- tola. DE, præpositio aliquando abest. Terent. dr. Quid me fiet? Ibidem, Nunc primum au- quid illo factum sit. Desideratur conjunctio, E- m, non raro. Cicero Ver. 2. Video non modo eros, sed te ipse totidem verbis edixisse. I. n 3. Quid est quamobrem putes te tuam culn non modo derivare in aliquem, sed commuare cum aliquo posse? Idem pro Planc. Mann non solum ignobilem, verum sine virtute, ingenio.

ZEVG-

ZEUGMA.

ZEVGMA figura est, cùm id, qu in oratione desideratur, è proxi assumitur, manente eodem genere, numero, casu, cæterisq; attributis.

Cicero in ultimo paradox. nulla possessio, n vis auri pluris, quàm virtus æstimanda es *dem pro C. Rabir. Virtus & honestas & pudor consulibus esse cogebat.*

Discrimē inter Eclipsin & Zeugma.

Si ID, quod desideratur in oratione, extra cus assumitur, Eclipsis est, ut antè diximus. verò è proximis atq; vicinis verbis assumatur, ulla fit mutatio, Zeugma est. Nam si velis exempla omnibus numeris explere, dices, N possessio pluris, quàm virtus æstimanda est: n vis auri pluris, quam virtus æstimanda est: nec genus, nec numerus, nec casus mutatur. tus cum consulibus esse cogebat: honestas cum sulibus esse cogebat.

Verbum cogebat, singulis substantivis redd servato eodem numero, persona, modo, ten re.

Exempla ubique sese offerunt, Cæsar lib. 1. Gall. Gallos ab Aquitanis Garumna flume Belgis Matrona, & Sequana dividit. Varr. Analog. Consul fuit Tullius & Antonius. Sal us Catil. Libertas & anima nostra in dubio Plin. l. 9. c. 50. Piscium lupus, & trichias bis an

pa

rit: SI ID, quod assumitur ad orationem im-endam, primum est, Protozeugma dicitur. Cic. Att. lib. 16. Egit pater & filius, ut tibi sponde-m. SI MEDIVM, Mesozeugma Autor ad He-nnium lib. 4. Formæ dignitas aut morbo deflo-cit, aut vetustate. SI POSTREMVM, Hype-ugma. Cicero ad Attic. lib. 12. Mihi & res & iditio placet. Juniores Grammatici existi-nt Zeugma esse, cùm verbum aut adjectivum men multis adjectivis additum cum viciniore venit, ut: — Zeugma est triplex. Protozeugma. Mesozeugma. Hypozeugma.

. hic illius arma, Hic currus fuit.

Utinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Utrunque tamen exemplum veteres, ut mox pla-m faciemus, syllepsi subijciunt.

SYLLEPSIS.

Yllepsis est, cùm id, quod in oratione deest, è proximo assumitur, mutato men genere, aut numero, aut casu, aut iquo è cæteris accidentibus.

c. in Verrem, Risus populi, atque admira- omnium facta est. Livius, Nulli expeditio, llum equestre prælium sine me factum est. Ci-ro ad Quint. Fratrem, Ille timore, ego risu cor-i. Livius, Nemo miles Romanus magis assiduus castris vestris fuit, quàm ego, fratresque mei. Idē — Lib. 6. Bell. Mac. 7. Lib. 2. Bell. Mac. 7. Ibidem.

Pater,

Pater, ego, fratresq; mei non in Asia tantùm,
etiam procul ab domo, Ætolico bello terra mar
pro vobis arma tulimus.

Quid intersit inter Zeugma & Syllepsin.

ZEUGMA *in similibus clausulis locum hab*
hoc est, in quibus attributa sive accidentia par
um orationis integra manent: syllepsis verò,
dissimilibus, hoc est, ubi dissimilitudo mutati
attributorum seu accidentium necessario fit.
oratio suis numeris plena sit: si enim ita imple
Risus populi facta est: Nulla expeditio fact
est. Quàm ego fuit, fratresq; mei fuit; imm
nes erunt solœcismi: mutandæ ergo necessa
sunt accidentia partium, Risus factus est: Expe
tio facta est. Quàm ego fui, fratresq; mei f
runt. Donatus & Diomedes illud Virgili
Æneid.

-- Hic illius arma, Hic currus fuit.

Illud item, 1. Eclog.

-- sunt nobis mitia poma.
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.

Syllepsis generis.

Syllepsi subjiciunt, non Zeugmati, ut recen
res volunt. CUM *genus mutatur, syllepsis d*
tur per genera. Cicero 7. Verr. Plenum forum
basilicas istorum hominum videmus.

Terentius Andr:

Utinam aut hic surdus, aut hæc muta fa
sit. Ubi Donatus syllepsis, inquit, per genera.
CASUS, *cùm variatur casus.*

Ter

Terentius Adelph.

..Verùm si augeam,
Aut etiam adjutor sim eius iracundiæ:

enitivo iracundiæ, sumitur accusativus iracundiam, ut sit plena oratio, Verùm si augeam iracundiam &c Syllepsis, inquit Donatus, nam à itivo casu, accusativus assumptus est.

Idem Prolog. Andr.

Poëta cùm primùm animum ad scribendum
appulit,
Id sibi negotij credidit solùm dari,
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.

na oratio, Populo ut placerent, fabulæ, quas ulas fecisset. Quomodo non raro loquuntur ores, antecedens nomen repetentes. Cæs. 1. Gall. Erant omnino itinera duo, quibus itinebus domo exire possent. Ibidem, Omnibus read perfectionem comparatis diem dicunt, quo ad ripam Rhodani conveniant, is dies erat V. Kalendas Aprilis. Autor ad Herennium 1. Oratoris officium est de his rebus posse di-, quæ res, &c. Donatus, ad fecisset, inquit, ulit, fabulas, non ad, placerent: & est figura psis Cum relativum antecedens eodem gene- numero & casu præcedit, figurata est oratio. ius lib. 9. bell. Punic Quem ceperant ex- montem, herbidus aquosusq; est. Recta oo est, Mons, quem montē ceperant exules, &c. Relativũ antecedē ti præpositum Syllepsin efficit.

Ab

Ab accusativo, montem, assumptus est nomi
vus mons ALIQVANDO *antecedens præced*
lativum, sed tunc durior redditur oratio.

Terent. Eunuch.

Eunuchum, quem dedisti nobis, quas tr
dedit?

Virgil 1. Æn. Urbem quam statuo vestra es
dixissent, Quem dedisti nobis Eunuchum,
turbas dedit? Quam statuo urbem vestra es
lepsis tantum esset per casus. Sed de hac re
diximus, cùm de relativi & antecedentis c
su egimus: & paulò post dicemus, cùm de
Syllepsis *stero verborum ordine agemus.* PER nu
Numerorum. *Cic. ad Quint. Fr. lib. 1. Frons, oculi, vult*
sæpe mentiuntur, oratio verò sæpissimè. N
riò mutandus est numerus si velis locution
Personarum. *plere: Frons mentitur, oratio mentitur.* P
personis. Cic. ad Cæsarem 7. Fam. Sustulim
nus & ego & Balbus. Interdum tertia pe
primæ præponitur modestiæ causa. Liv. lib.
Maced. Pater ego, fratresque mei non in A
tùm, sed etiam procul ab domo. Ætolico be
ra, marique pro vobis arma tulimus.

Secunda primæ. Plaut. Rud. Quot sunt
Modorũ. *dem quot tu & ego.* PER MODOS, *Luceius*
ceronem lib. 5. Ego valeo sicut soleo, paulò
deterius quàm soleo, subauditur, valere
TEMPORA, *ut si dicas, Elegantius nunc lo*

quàm superioribus annis, assumendum, loqueba-
ris, ad implendam orationem. NON solùm fit syl-
lepsis per ea, quæ partibus orationis accidunt, sed
etiam per ipsas orationis partes, obscurius tamen:
cùm eadem pars orationis: ut integra sit oratio,
interim repetitur, eadem quidem voce, sed di-
versa significatione. Just. lib. 1. Provolutæ dein-
de genibus Alexandri, non mortem, sed ut Darij
corpus sepelirent: dilationem mortis deprecantur.
Verbum Deprecantur priore membro significat re-
cusare, (Non mortem deprecantur, hoc est non
recusant:) posteriore verò obsecrare. Idem
lib. 3. Ita egregius adolescens & cædem patris,
& necem fratris, & se ab insidijs Artabani vindi-
cavit. Vindicavit cædem patris, hoc est, ultus
est: se vindicavit, id est, liberavit.

Significationis.

VARIA SYLLEPSEOS SIGNIFICATIO.

CUM SCRIPTORES in constructione, potius in-
tellectus & sensus rationem habent, quam ver-
borum, putant Juniores esse Synthesin, figuram
veteribus incognitam, Donatus Syllepsin appellat,
...m verbum συλλαμβάνομαι unde syllepsis
concipere & intelligere significat: & quia
...tores ad intellectum non ad verba respiciunt,
merito syllepsis dicitur.

Syllepsis à συλλαμβάνομαι.

Terentius Andr:

Ubi illic est scelus, qui me perdidit?
Donatus ad intellectum, non ad verba redegit,
& est figura syllepsis per genera Virg. Pars in frustr
secant, per numeros: nam quia, per, scelus, sc-
lestus, intelligitur, Qui, subjunxit, non Quo.
Hæc illeꝰ: Ubi, ut vides, Pars in frustra secan,
Syllepsis per numeros ab eodem Donato dicitu,
quia, Pars, vim habet pluralem. Alij Enallag
generis, numeri, appellant. Idem Donatus syll-
pseos nomine interdum pro Eclipsi utitur, & pr-
mam syllepsin nonnunquam appellat.

Variè syllepsis ab autoribꝰ accipitur.

Terentius Andr:

Tantum laborem capere ob talem filium?
Syllepsis inquit est, assumendum est enim extr-
secus, Meꝰ. Idem Phorm. Nec Stilphonem ipsu
scire qui fuerit? G negat. Donatus, Syllepsi
prima. nam extrinsecus audiendum est Pat
Postremo syllepsis pro tropo Synechdoche acc
tur nonnunquam, præcipue apud Græcos, ut
stathius multis locis docet, maximè in Ιλιαδ,
λ. & ν. Nam verba græca, unde utrunq; v
bum derivatur, idem significant, συνεκδέχο
& συλλαμβάνομαι. UNDE Divus Hiero
mus in illud D. Matthæi cap 26. Videntes au
discipuli indignati sunt: ita inquit, Scio q
dam huic locum calumniari, quare alius Ev
gelista Judam solum dixerit contristatum
quòd loculos tenuerint, & fur ab initio fuerit

Mat

Matthæus scribat omnes Apostolos indignatos, nescientes tropum, qui vocatur σύλληψις, hoc est Syllepsis, quo & pro uno omnes, & pro multis unus appellari soleat. Idem in illud Divi Matthæi cap. 14 Erant quidam indignè ferentes: appellavit Synechdochen his verbis, Per Synechdochen dicitur unus pro multis, & multi pro uno.

PROLEPSIS.

PRolepsis est, cùm dictio aliqua totum significans præcessit, quæ rursus in partibus intelligitur, neque explicatur, ut:

Duo reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace.

Livius, Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. Ab Vrb. 1. *Salust.* Bell. Catil *Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter à Galliæ obstant.*

DICTIO *totum significans est, Reges, partes, Romulus, Numa, ubi rursus Romulus rex, Numa rex dicendum erit, si orationem velis integram facere.* DICTIO, *quæ præcedit, ferè aut est pluralis numeri, aut pluralem vim habet. Cæs. 3. bell. Gall. eodem die uterque eorum ex castris stativis a flumine Apso exercitum educunt, Pompeius clam & noctu, Cæsar palam atque interdiu.* VERBUM

Dictio significans totū, ferè pluralis est numeri aut vim pluralem habet.

ferè convenit cum dictione præcedente, ut propo-sita exempla docent: Livius tamen aliter locutus est, Periti religionum juris q; publici quando duo ordinarij Consules, alter morbo, alter ferro periisset, suffectum Consulem, negabant rectè comitia habere posse. Nota. HÆC, *Salust. Catil Ea tempestate cœpere se quisq; magis extollere. Plaut. Stich. Alius alium percontamur Gell. lib. 11. cap. 7. Aspexerunt omnes qui aderant alius alium. Sen. 1. epist. 7. Hæc ego non multis, sed tibi, satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Plinius lib 11 cap 30. Ex diverso convehunt altera alterius ignara.* Prolepsis implicita HÆC, *inquam, & alia id genus, implicitam prolepsin quidam vocant, in qua scilicet aliquid deest, totum nimirum, aut partes: Donatus ait esse priscam orationem. Terentius Adelph. Aperite aliquis actutum ostium: Vim pluralem, idem inquit, habet aliquis, quamvis singulariter dicatur, non est enim Aliquis, nisi de multis: rectè ergo aperite aliquis & nove; nam non placet illud, ubi duæ distinctiones sunt, unde Aperite, est una: altera, Aliquis actutum ostium: ut assumatur rursus aperiat. Propriè enim veteres, & Quis, & Aliquis & Quisquam non observabant, quo genere aut numero declinarent: est ergo figura ἀρχαϊσμὸς. Hæc ille. Quod si id verum est, idem de nominibus Alter, alius, uter, neuter, quæ cum verbis pluralis numeri junguntur, ut initio hujus libri diximus, sententiendum est.*

ARCHA-

ARCHAISMOS.

ARchaismos, constructio est, qua prisca vetustas potissimum usa fuit. *Terent. Eunuch.* Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi. *Idem ibid. Ejiciunda est hercle hoc animi mollities, nimis me indulgeo. Plaut. Milit. Jam te non nociturum esse hominem, de hac re neminem. Cicer. in Verrem,* Lib. 5. *Hanc sibi rem præsidio sperant futurum.*

MULTA *hujus generis inveniuntur apud Plaut. Aulul. Fastidit mei. Persa, Lucrofaciendo ego auspicavi. Menæch. Ex insidiis aucupa Trinum Cum hisce ærumnis deluctavi. Asinar Meum caput contemples. Trucul. Ego expedibo. Amphit. Sed fugam in se tamen nemo convertitur. Bacch. Occidi, animus jam isto dicto plus præsagitur mali. Ibidem, Prænestinum opino esse.* SIC *certatur, adjutatur, pro certat, adjutat, apud Pacuvium. Turpilius, At scies ea, quæ fuisti nescius. Idem, Meos parentes careo. Pomponius, Quot lætitias insperatas mibi irrepsere in sinum? Accusativus pro nominativo.* NUM *illud Cicero in Verr. huc spectat; Sanxeruntne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum, si quis Romæ esset mortuus: imò si quis ibidem. Qui plura volet, legat Nonium Marcellum, Festum, & reliquos prisce vetustatis indagatores.*

Archaismi exempla.

HELLENISMUS.

HELLENISMVS est constructio, quæ Græci sermonis leges, non Latini observat.

Lib. 5: *Luceius ad Ciceronem,* Si solitudine delectaris, cùm scribas & agas aliquid eorum, quorum consuevisti gaudeo.

Eclog. 3. Virgilius.

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Ibidem. Idem.

Triste lupus stabulis: maturis frugibus imbres.
Dulce satis humor: depulsis arbutus hœdis.

Æneid 1. Idem.

Os humerosque Deo similis.

Æneid. 2. Idem.

Hæc fatus latos humeros subjectaque colla,
Veste super, fulvique insternor pelle leonis.

Hellenismi exempla. DE HELLENISMI *agit Priscianus lib* 17. *copiose & Budæus in Comm. linguæ græcæ, Thomas Linacer in lib. de emend construct. Quod verò ad proposita exempla attinet,* RELATIVVM *apud Græcos etiam in casu cum antecedente consentit: ob quam causam Luceius, Quorum pro Quæ, dixit.* CERTANDI *verba apud eosdem dandi casu gaudent, unde bello, contendo, pugno, certo apud poëtas cum dativo leguntur.* IIDEM

NOTA. *neutrum nomen singularis numeri cum masculi-*

nis & fœmininis utriusq; numeri jungunt, quos Virgilius imitatus, dixit, Triste lupus, triste imbres, dulce humor, dulce arbutus. Vide Budæum in Comm. linguæ græcæ.

Virgilius 3. Æneid.

-- at cætera Graius.

Et 2. Georg.

-- & tremit artus.

Horat 2 Serm. Satyr. 7.

-- tremis ossa pavere.

Ibidem.

-- nasum nidore supinor.

Virgilius 12.

-- verbena tempora vincti.

Hoc *hellenismo utuntur poëtæ & interdum historici, ut supra diximus, cùm de ablativo partis egimus, ubi exempla invenies. Diomedes lib. 2. Nuda genus, hellenismum vocat Quidam hanc figuram Synechdochen, hoc est Eclipsin appellant: nam Synechdoche, ut paulò antè diximus, tùm tropum cùm Eclypsin significat; deest autem in his locutionibus præpositio græca* κατὰ *id est, secundùm,* Ad *Hellenismum etiam hæc spectant. Ter. Heaut. Visam si domi est, pro An sit Horat. 3 Car. Abstinere irarum pro ab iris. Illud etiam in Ver. 1. Cùm illius mihi temporis venit in mentem: credit*

Quidam Hellenismi communes poëtis & historicis.

Ad Hellenismū spectant exempla, quæ sequuntur.

Priscianus lib. 17 esse hellenismum, pro illud tempus. Illud *Terent, Andr.*

Ubi illic est scelus, qui me perdidit.

Et ibidem.

-- scelus quemnam hic laudat?

ait Budæus à Græcis esse sumptum. Huc etiam spectant illa. Terent. Eunuch.

-- ego illum nescio Qui fuerit.

Ibidem.

scin' me in quibus sim gaudijs.

Ibidem.

-- nunc metuo fratrem. Ne intus sit.

Syntaxis alia Latini sermonis est, alia græci.

Et, Metuo patrem, ne rure redierit. IN HIS *enim & similibus Latini sermonis ratio potius nominandi, quam accusandi casum amat. Metuo ne frater sit intus: Ne pater rure redierit. &c. Sed hæc hactenus, cætera ab ijs, quos paulò antè dixi sunt petenda.*

DE BARBARISMO.

Barbarismus.

BArbarismus, est dictio, aut omninò barbara: aut Latina quidem, sed vitiosa scripto, vel pronuntiatione.

BARBARA omnino & peregrina, ut, *Perla*, pro vnione: *Aviso*, pro admoneo, & alia generis ejusdem.

Latina dictio quomodo fiat vitiosa

LATINA dictio vitiosa fit pluribrs modis.

Per

PER GENERA: ut, *Gladia*, pro gladij.

Per NUMEROS: ut, *Scopa*, pro ſcopæ, *Triti-a*, pro Triticum.

Per DECLINATIONEM: ut Fames famei, pro ...nis: *Vaſibus*, pro vaſis.

Per CONJUGATIONEM: ut, *Stavi*, pro ſteti: ...*gebo*, pro Legam: *Veneravi*, pro veneratus ...m.

DIVISIONE, cùm dividimus conjuncta: ut, ...*iæ*, *diſſoluo*, *quatuor ſyllabarum*, pro ſylvæ, ...ſoluo trium.

COMPLEXIONE, cùm diviſa conjungimus: *Phæton*, pro Phaëton.

ADIECTIONE litteræ: ut, *Relliquiæ*, *gemina* pro ſimplici: *Alituum*, pro alitum.

SYLLABÆ: ut, *Dicier*, pro dici: *Mavors*, pro ...rs.

ASPIRATIONIS: ut, *Hinſidiæ*, cùm ſcriben-...m ſit ſine aſpiratione.

TEMPORIS: cùm ſyllabæ brevi, quæ unum ...et tempus, additur alterum, ut fiat longa, ...ia, prima longa, pro brevi.

DETRACTIONE, litteræ: ut *Peculi*, pro pe-...lij. Syllabæ: ut, *Temnere*, pro contemnere. ...pirationis: ut, *Odie*, pro hodie. Temporis: ...o ſyllabæ longæ, quæ duo habet tempora, ...um detrahitur ut fiat brevis; ut, *Ilnius affli-...* media brevi, pro longa.

IMMVTATIONE, cùm littera au aut Syllaba pro alia ponitur, ut *Olli*, pr illi.

TRANSMVTATIONE, cùm littera, aut Sy laba è suo loco alienum transfertur, ut *Inte petror*, pro interpretor.

FIVNT denique Barbarismi Tenore: cùm accentu alio pro alio utimur: ut si præpositi nes à suis casibus separemus eásque tenore cuto, vel inflexo pronuntiemus: ut *ád cu ab illo, á quibus, circum littora*: cum gravi a centu, dissimulata distinctione, simul cu suis casibus pronuntiandæ sint; tanquam si na esset vox.

Origo barbarismi.

PEREGRINI *in græciam profecti, ci græcè loqui conarentur, atq; in voces absonas, aiunt, βαρ, βαρ, bar, bar, sæpius prorump rent Barbari dicti sunt, unde vitium poster Barbarismum dixerunt. De etymo hujus nom nis multa Strabo lib 14. Gellius libro 13. cap. Quod nunc, inquit, barbarè quem loqui dicim id vitium sermonis, non barbarum esse, sed rus cum: & cum eo vitio loquentes, rusticè loq veteres dictabant. P. Nigidius in commen tarijs Grammaticis, Rusticus fit sermo, inquit aspires perperam. Itaque, id vocabulum qu dicitur vulgo barbarismus, qui aut D. Aug*

e

em purè atq; integrè locuti sunt, an dixerint dum equidem inveni. Hæc Gellius.

BARBARISMVS, ut Quint. l. 1. c. 5. docet, plu is modis accipitur, Gente, animi natura, Ad ione, Detractione, Immutatione, Transmuta e, Per genera, Per numeros, Divisione, Com tione, Spatio, Aspiratione, Tenore. Gente, ut is Afrum, vel Hispanum Latinæ orationi no inserat: A Diomede & Donato vox barbara eregrina, Βάρβαρα λέξις, hoc est, barbara tio appellatur, non Barbarismus. Animi natu , ut is, a quo insolenter quid, aut minaciter, crudeliter dictum sit, barbarè locutus existi ur. Idem Quintil: affirmat Barbarismum fi per genera & numeros, Absurdum, inquit, for videatur dicere Barbarismum, quod est unius ebi vitium, fieri per numeros aut genera, sicut cismum: Scala tamen & Scopa, contraq; Hor , Musta, licet litterarum mutationem, detra nem, adjectionem non habeant, non alio vitio nt, quam quod pluralia singulariter, & sin ria pluraliter efferuntur. Et Gladia qui di unt, genere exciderunt. Hæc ille. ITA fit Solœcismus per numeros, quum partes o onis non consentiunt numero. Per genera, ndo adjectivum & substantivum genere discre t. Barbarismus per eadem fit, sed aliter, cùm irum inusitatum aut genus, aut numerum no ibus tribuimus.

Barbirasmus variè accipitur.

Quib9modis fiat barbarismus.

Fit etiam per declinationem, si ἄιας ἄ
hoc est, Ajax Ajax, declines: vide Magnu
Ety. Barbarismum adjectione, vel detraction
temporis, appellat Quintlianus, Barbarismu
spatio. Tempus enim spatium est, quo syllaba p
nuntiatur. Idem separatim egit de Barbaris
Aspirationis, quia sunt, qui putent sono tant
& pronuntiatione, hunc Barbarismum fieri, c
ut iisdem placet, H. notam sit aspirationis, non
tera. Idem eodem loco docet præpositiones
mul cum suis casibus, perinde ac si una tantùr
esset vox. pronunciandas esse. Cùm dico, inqu
Circum littora, tanquam in una voce, una est
cuta. Quod idem accidit in illo. -- Trojæ q
primus ab oris. Hæc ille. ACCIDVNT *& vi*
per sonos, ut idem inquit, quæ demonstrari scrip
Iotacismus & Lambdacismus. *non possunt, ἰωτακισμὸς, λαμβδακισμὸς,*
tia oris & linguæ. Jotacismus est, cùm I, lit
ra supra justum decorem in dictionibus exten
tur. Lambdacismus cùm L. plenius æquo p
Metacismus. *nuntiatur. Vide Diomedem, qui & Metac*
mum addidit, is fit, ut idem docet, cùm M, l
tera in fine dictionis pronuntiatur sequente v
cali, ut Quousque tandem abutére: fit enim
Barbarismus: si tum pronuntietur M. quidam
putant fieri Jotacismum si plures dictiones ab
littera incipiant: Verùm cùm id vitium scrip
demonstrari possit, non huc spectat, si Quintilia
credimus.

ADMONITIO.

Ver cùm leget apud Virgilium.

c spes libertatis erat, nec cura peculi. *Aut* Eclog. 1.
us relliquias Danaûm atque immitis Achillei. Æneid. 1.
, *Alituum, pecudúmque genus sopor altus ha-* Æneid. 11.
t. Aut, Italiam fato profugus, Lavináque Æneid. 1.
it Littora. Aut, Vnius ob noxam & furias A- Ibidem.
Oilei?

Cùm hæc inquam, & similia leget, ne
et principem poëtarum barbaris-
m fecisse; Multa enim poëtis permit-
tur, quæ cæteris scriptoribus dene-
tur. Neq; miretur si apud M. Tul-
m oratorum principem, Liberûm,
ertiûm, Cognatâm, Nôrunt, aliasq;
enus verborum imminutiones of-
derit: neq; enim Barbarismi sunt De-
tione: siquidem à consuetudine, cer-
ma loquendi regula, impetratum
, ut etiam oratoribus sic loqui
ret.

ueritur lib. 1. cap. 5. Quint. de Grammaticis
n jactationem eruditionis exempla Barba-
rismi

risimi sumunt ex poetis, eosq; autores, quos pr gunt, criminatur. Deinde subycit, Scire au debet puer, hæc apud scriptores carminum, venia digna, aut etiam laudi duci.

QVID INTER BARBARISMUM ET SOLOECISMVM INTERSIT.

Discrimen inter Barbarismum & Solœcismum.

BARBARISMUS *fit in singulis verbis.* SOL CISMUS *in contextu, vel complexu orati Barbarismus dictionem unam fœdat. Sol mus compositionem corrumpit. Barbarismus dictio una, aut peregrina, aut Latina quid sed corrupta. Solœcismus est vitiosa compos Itaque in Solœcismo singulæ voces sunt latinæ, inter se discrepantes, & contra Grammaticæ p cepta compositæ. Dicet fortasse aliquis, Non e tuam admonitionem, Per volutavi omnia scr Ciceroni: Barbarismos esse non Solœcismos. lic enim tantùm adijcitur M, littera: hic ve detrahitur. Verùm si utriusque vitij defini nem diligenter inspicias, facilè intelliges lœcismos esse. Nam cùm verba, Admonition Ciceroni, latina sint, atque adeò benè lat nullus requiritur locus Barbarismo, qui, ut d mus, aut est dictio barbara, aut latina quid sed vitiosa scriptio, aut pronuntiatione. Su est igitur videndum, num orationis partes in*

onsentiant, quemadmodum recta ratio Grammaticæ postulat. Hoc gladium est meum, Cælus erenus, Barbarismi tantum sunt per genera, nte dictum est. Irasco tibi, persequo te, Barismus itidem est detractione litteræ Doceo à Solœcismus. At Barbarismus inquies, est detione R, litteræ, ut irasco tibi persequo te. rectè putas: hic enim Solœcismus est per ge-, siquidem ponitur activum verbum pro pas-: illic non permutantur genera verborum sed umpitur tantùm vox latina, detractione unitteræ. QVID? *Misisti ad me magnum libel-: Tuum peculiosum est magnum, est ne Barsmus, an Solœcismus, videtur Solœcismus, permutentur, quæ sunt ejusdem partis: ponienim nomen diminutivum pro integro. Redet Quint. eodem capite his verbis: Erunt Solœcismum putent, quia pro nomine integro um sit diminutivum*

dubito an id improprium potius appellem: sicatione enim deerrat, Solœcismi porro vitium est in sensu, sed in complexu Hæc illë.

Nota.

UID INTER METAPLASMUM ET SOLOECOPHANES INTERSIT.

ETIS, *quia plerunq; metrum servire cogunur, adeo ignoscitur, ut vitia ipsa, aliis in carmine*

Metaplasmus.

mine appellationibus nominentur. METAPL
MVS *enim appellatur in carmine, qui in pros*
ratione Barbarismus dicitur. Itaq; laudem v
tutis necessitati damus. Metaplasmi species qu
tuordecim plus minus sunt, de quibus, cùm d
carminum dimensione egerimus. Solœcismus se
per vitium est, tum in ligata tum in soluta orat
ne, si ab aliquo per imprudentiam fiat: est en
vitium ab ignoratione & scientia profectum; si
rè in carmine aut soluta oratione legatur a
quid, quod Solœcismi faciem habere videat
non Solœcismus, sed Solœcophanes vocabitur. S

Solœcophanes.

LOECOPHANES, *ut vox ipsa declarat, speciem*
quidem Solœcismi præ se fert, Solœcismus tamen
non est.

Terentius Andr.

Ubi illic est scelus, qui me perdidit?

Idem.

Ut illum dij, deæq; senium perdant, qui m
hodie remoratus est.

Antecedens utrobiq; ut vides, neutrum est,
lativum masculinum. Si Relativi & Anteced
tis leges audiendæ sunt, Solœcismus videtur:
tamen Schema sive figura, quæ Syllepsis dicitur
placet Donato.

Respexit enim Poëta ad intellectum, non
verba: siquidem intelligitur Scelestus & Sen
cum quibus Relativum, Qui, consentit. Alij Ena
gen, alij verò Hellenismum hoc Solœcophanes

ca

ant. Excogitata itaque sunt nomina vitijs proxima, quibus mollirentur peccata, quæ poëtæ aut oratores prudentes, scientes contra Grammaticorum leges commisissent. Eustachius ut supra diximus, figuras hujus generis σολοικοφανῆ σχήματα appellat, hoc est, schemata, sive figuras, quæ faciem Solœcismi habent.

ADMONITIO.

CAVEANT adolescentes, ne viros doctos Barbarismi, aut Solœcismi accusent: neve latinæ linguæ amplissimos fines Nizolij observationibus metiantur, facilè namq; decipientur, existimabunt enim, Adjutorium, aliaq; id genus non pauca quæ apud Cicer. nusquam sunt, Barbarismos esse: videntur enim hæc prima specie barbara, cum eis tamen Quintil. atq; alij viri docti utantur, cum item multa verba variè ab eruditis hominibus scribantur, cujusmodi sunt Letum, Lethum: Lacrymo, lachrymo, autor, auctor, author: Vergil. Virgil, littus, litus, littera, litera: imò, immò: ne putent errore esse factum, si quando hæc & similia aliter scripta offenderit, quàm ipsi didicerunt. Jam verò Solœcismi notam ijsdem inurere, tantò magis verebuntur, quantò fœdius est vitium. PVNITVS es inimicos tuos, dicetur Aristotelem multa obscurè tradidisse, novissimè me nocuisti, non malè latine dicuntur

Cum prudentia legendi autores sunt

tur. At quis obsecro hæc ferret, nisi Oratio pr Mil. extaret, in qua est, Inimicissimum punitu es? Quis non affirmaret Solœcismum esse, Vide tur Aristotelem multa obscurè tradidisse? Nisi i dem Cicer. 5. Tusc. dixisset, Non videtur ad be atè vivendum satis posse virtutem. & Gell. lib 19. c 8. Videturne tibi C. Cæsarem de statu ver bi contra te satis apertè satisq; constanter pronun tiasse? Idem lib. 1. cap. 7. Videbatur quibusdam Metellum Censorem, cui cùm consilium esset, a uxores ducendas populum hortari, non oportuiss nec de molestia, incommodisq; perpetuis rei uxo riæ confiteri, nec adhortari magis, quàm dissua dere. Notere non solùm accusativo junxit Pla tus, sed etiam Seneca lib. 5. Controvers. ultim contro. Dum filium vindico, ubi me gravissim nocere possit, ostendit. Quàm multa olim bene la tinè dicta sunt, quæ hodiè barbarè atq; rusticè d ci putantur, cùm reperta, lectaq; fuerint apud os, qui Constantini Cæsaris ætate, vel proximo culo scripserunt, quòd apud Cic. Cæs. Quint. a ésq; qui modò extant, non ligantur. Quasi ve non fuerint eodem tempore refertæ bibliothecæ timis scriptoribus, quorum vix nomina modò persunt. Sed hæc hactenus.

OBSCURÆ ORATIONIS VITIA.

Orationis obscuræ vitia.

VERBA inusitata & à consuetudi quo

uotidiani ſermonis remota, obſcuri-
tem, & tenebras orationi afferunt.
, ſi quis oppidò pro valdè dicat. A verrun-
re pro avertere.
andem obſcurat vitium, quod à Græcis
cyron, à Latinis Improprium dicitur. Acyron.
, Sperare pro timere. *Virg.*
unc ego ſi potui tantùm ſperare dolorem. Æneid. 4
Item ambiguitas, quæ Amphibolia Amphi-
æcè appellantur, idq; in uno verbo. bolia.
, Taurus, animal ſit, an mons, an ſignum in
lo, an nomen hominis, an radix arboris,
i diſtinctum, intelligitur.
Vel in ſermone.
Audivi Chremetem percuſſiſſe Demeam.
Obſcuratur præterea oratio, cum ſer-
oni deeſt aliquid, quò minus, plenus
μείωσιν MEOSIN, hoc eſt, Diminutio- Meoſis.
n: Vel contrà, cùm inani verborum turba,
copioſa loquacitate obruitur oratio, PE- Periſſo-
SOLOGIAM vocant *Impeditur* denique ſer- logia.
quò minus dilucidus ſit, ſi longa parenthe-
nterijciatur: aut ſi verba confuſa, permi-
a; longius trajiciantur.

Horatius.

mq; pila lippis inimicum & ludere crudis. 1. Ser. Sat. 5.
Rectus enim ordo eſt.

Namque pila ludere inimicum est lippis, & crudis.

quod vitium Synthesis, vel Hyperbaton obscurum, hoc est, confusa ac perturbata verborum transgressio vocatur. Si hæc vitia vitabimus, dilucida erit oratio.

APPENDIX.

CUm orationi structura decoris gratia variatur, neglecto simplici sermonis ordine, non vitium est, sed virtus, quæ Hyperbaton appellatur, id est, transgressio verborum.

Hyperbaton.

Cic. pro Cluent. Animadverti judices omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes.

In duas partes divisam esse simplex erat ordo: sed durus & incomptus.

HYPERBATI ALIQUOT SPECIES.

HYperbati sive Transgressionis aliquot sunt species.

Anastrophe.

Anastrophe est duorum verborum ordo præposterus.

Ut, Mecum, Tecum, Secum, Nobiscum. Quibus de rebus.

ANASTROPHE illa, Vrbem quam statuo vestra est? *Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?* Pro, Quam urbem statuo: *Quem Eunuchum dedisti nobis:* admodum dura est.

Tmesis est cùm verbum compositum dividitur, aliqua dictione interposita. Tmesis.

Cicero Attico, Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. *Idem de Senect. Omnia memoria tenebat, non domestica solùm, sed etiam externa bella:* Lib. 5.

Ejusdem generis sunt illa.

Rem verò publicam penitus amisimus.

Præclarum est pro patria req; publica mortem appetere.

PARENTHESIS est brevis sensus, sermoni, antequam absolvatur, interjectus. Parenthesis.

Cicero in M. Anton. O præclarum custodem ovium, (ut ajunt) lupum. *Livius, Tantùm, (prô dolor) degeneravimus à parentibus nostris.* Philip. 3. Bell. Pun. 2.

DE *vitijs obscuræ orationis agit Quintil. lib. 8. cap. 2. Diomedes lib 2. in quibus enumerat Tautologiam, Macrologiam, Pleonasmon, quæ inornatæ orationis sunt vitia, ut Quint. eodem lib. c. 3. docet Eclipsin numerat idem Diomedes inter eadem vitia, cùm ait esse defectum necessaria dictionis, ut Italiam fato profugus, Latinaq; venit littora.*

*Deest enim præpositio Ad vel In. Quint. lib. 8
cap. 3. ubi de vitijs inornatæ orationis agit, μείω
σιν. Meosin appellat. Vitanda, inquit, & μείω
σις cùm sermoni quidem deest aliquid, quo mi
nus plenus sit: quanquam obscuræ potius, quam
inornatæ orationis vitium est. Sed hoc quoque cùm
à prudentibus fit, schema dici solet. Hæc ille.
Cùm prudentes ac eruditi scriptores subtrahunt
verbum aliquid orationi, quod satis ex cæter
intelligitur, schema est, sive figura per Detracti
nem, quæ Synecdoche vocatur, ut idem Quin
ait lib. 9. cap. 3. ut, Stupere gaudio Græcus, S
mul enim additur verbum Cœpit. Ibidem qu
inter Synechdochen & Aposiopesin intersit, a
tissimè docet, μείωσιν, Meosin videtur appella
se Quint. lib. 9. cap. 6. Eclipsin. Quidam, inqu
Synecdochen vocant, cùm & in contextu se
monis quod tacetur, accipimus. Verbum enim e
verbo intelligitur, quod inter vitia Eclipsis v
catur. Idem lib. 1. cap. 5. ubi de tribus form
Solæcismi egit: Adjectione, Detractione, Tran
mutatione, subjecit: hæc tria genera quidam d
ducunt à Solœcismo, & Adjectionis vitium πλ
εονασμον, Detractionis ἔκλειψιν, Inversionis ἀνα
στροφὴν vocant: quasi in speciem Solœcismi c
dant, ὑπέρβατον quoque appellari eodem modo p
se: Hæc ille.* NOTA. *ITAQUE fuerunt, qui credere
quatuor esse Solœcismi species, alij verò Solœcism*

q

qui Adjectione fieret, Pleonasmon appellarunt, quod vitium est inornatæ orationis, ut mox dicemus. Qui Detractione, Eclipsin, quod obscuræ orationis vitium est: qui deniq; Transmutatione, Anastrophen, id est, inversionem. Qui in hac sententia fuerunt, ajebant Hyperbaton eodem modo appellandum esse Solœcismum si concederemus vitia, quæ adjectione, Detractione, Transmutatione fierent species esse Solœcismi. Diomedes non numerat inter species Solœcismi vitia orationis quæ Adjectione, & Detractione fiunt. Idem Diomedes, Urbem quam statuo vestra est, ait esse Solœcismum, cùm positus sit accusandi casus pro nominandi. Nobis videtur Anastrophe, tametsi durior. Duas præterea species Hyperbato subjiciunt Grammatici, Synchysin, quam inter vitia numeravimus, & Hysterologium sive ὕστερον πρότερον, cùm, ut inquit Diomedes, sensus ordo præposterus redditur. Virgilius Æneid. 2. -. moriamur & in media arma ruamus: pro in media arma ruamus, & moriamur.

INORNATÆ ORATIONIS VITIA.

Cacophaton est obscœnum dictum, sive in uno verbo, sive pluribus, sive informi litterarum concursu fiat. Cacophaton.

Tapinosis est, qua rei magnitudo vel dignitas minuitur. Tapinosis.

Ut, si quit parricidam, hominē nequam vocet.

Tautologia. TAUTALOGIA est ejusdem verbi, aut sermonis iteratio. Verbi:

Ut, Nam cujus rationis ratio non extat, ei rationi, ratio non est, fidem habere:

Sermonis:

Ut, Ibant, quà poterant; quà non poterant, non ibant.

VITANDA est & nimia ejusdem litteræ assiduitas.

Ut, Quidquam, quisquam, cuiquam, quod convenit neget?

Macrologia. MACROLOGIA est longior quàm oporteat sermo.

Ab Vrbe 8. *Livius*, Legati non impetrata pace retro domum, unde venerant, abierunt.

Pleonasmos. PLEONASMOS est vitium, cùm supervacuis verbis oneratur oratio.

Ut, Ego meis oculis vidi, *Satis est enim*, vidi.

CAVENDUM etiam diligenter est, ne consonantes asperè concurrant.

Ut, *S*, ultima cum *X*, proximat: *Ut*, Exercitus Xerxis.

DURIOR etiam fit concursus, si utraque se ipsam sequatur.

Ut, Ars studiorum. Rex Xerxes.

VITANDI & crebri vocalium concur-

cursus, quæ vastam & hiantem orationem reddunt.

Baccæ æneæ amœnissimæ impendebant.
Viro optimo optemperasti olim.

ILLVD quoque vitium est, si multæ voces ejusdem exitus in unum locum congerantur.

Flentes, plorantes, lachrymantes, obtestantes.

ET si verbi prioris ultimæ syllabæ sit primæ sequentis.

O fortunatam natam me consule Romam.

APPENDIX.

Quando puer apud graves oratores aliquid offenderit, quod supervacaneum atque otiosum esse videatur, ne id sine causa factum esse putet. Adduntur enim interdum quædam affirmationis gratia.

Terentius Adelph.

Hisce oculis egomet vidi.

Virgilius.

vocémque his auribus hausi. 4. Ænei.

Adduntur & alia, quæ aut Consuetudine, aut Autoritate, aut Vetustate,

aut necessitate denique excusantur.
Lib.5. *Cicero ad Atticum,* Vbi terrarum esses, ne su
Lib.3. spicabar quidem. *Idem ad eundem, Longè gen*
Lib.9. *tium abes. Ad eundem, A Brundusio nulla ad*
huc fama venerat. Idem de Senectute, Adole
centulus miles profectus sum ad Capuam. Idem i
Lib.3. *Verrem, Cæteri hæredes adeunt ad Verrem.*
Lib.3. *dem ad Quintum Fratrem, Diem scito esse nu*
Lib 3. *lum, quo die non dicam pro reo. Idem in Verre*
Lib.15. *Impetrant ut ne jurent. Idem Marcello, Frat*
tuus quanti faciat, semperque fecerit, esse hom
nem, qui ignoret, arbitror neminem.

UT PROPRIUM *oratorum est ornatè aptéq*
dicere, ita eorum est, de inornatæ orationis vit
agere. Verùm quoniam Grammatici etiam
hanc partem attigerunt, non putavimus omn
prætermittendam esse intactam: quanquam i
eam non Inornatam, sed Inordinatam appella
Diomedem certè arbitror, Inornatum, scriptu
reliquisse, quomodo Quintilianus solet vocar
lib. 8. cap. 4. ubi de ejus vitijs agit, Vitanda,
quit, & μείωσις cùm sermoni quidem deest a
quid, quo minus plenus sit: quanquam id obs
ræ potius, quàm inornatæ orationis vitium.
Primi vitij exemplum consultò prætermisim
quod nec Cicero nec Quintilianus pudore im
diti, sine circuitione ausi sunt apponere: Mu
plura vitia detegit idem Quintilianus, quæ
dol

adolescentes cùm ad artem bene dicendi gradū fecerint, cognoscerent. Qui enim fieri potest, ut moneo intelligant, quid sit ἀνοικονόμητον, ἀσχήματιστον, κακοσύνθετον, hoc est, quod male dispositum figuratum, collocatumq́; est, cùm quid disponere, quid figurare, quid collocare sit, prorsus ignorent. Tropi etiam atq; schemata, seu figuræ tum verborum, tum sententiarum, quibus oratio ipsa in primis ornatur, ab eadem arte sunt petendæ. Statius enim multò est hæc non attingere, quàm de iis jejunè agere.

Orationis vitia ex Rhetoricę pręceptionibus cognoscẽda sunt.

RELINQVANT itaque Grammatici hanc partem Rhetoribus, atque illud potius observent, interrogandi casus Terrarum, Gentium, præpositionesque propriis locorum nominibus, etiam a Ciceroni interdum addi: eundem verborum præpositiones nonnunquam rursus casibus apponere, nomenque antecedens non solùm relativo proponere, sed etiam subjungere. Ut ne apud eundem frequentissimè reperiri: Nemo homo, aliquando: cùm illi, & Homo, supervacanea esse videantur. Multa præterea ejusdem generis apud eundem, atque viros doctos reperient, si eos diligenter evolverint. Poëtis dabunt veniam, si quando aliquid addiderint, quod planè otiosum videbitur, ejusmodi est illud Virg. Æneid. 5.

-- dixitque, & prælia voce diremit.

Idem

Idem 1.

molemq; & montes insuper altos

imposuit:

Utrobique enim conjunctionem, Que, metri necessitate constrictus addidit.

FINIS.

